

Ies quia latior est europa. iō nōnulli hanc rōnē secuti dixerūt: eā tertiā ptē orbis nō esse. alia rō quare uideē breuior aphrica quā europa ppter ea qd in aphrica plus terrae ardore solis. quā in europa frigoris rigoris rigore deprahendit. Vnde: a quibus gadibus:

¶ SVLPI. Sed maior: sed asia est maior europa & aphrica: nā utriq; cōmunis sit zephyrus in orientem flans: a sinistro boreae extendit. in dextrā uoti toto oriente complexo. Sed maior orbis: maior mundi pars. Adit: accessit syncope. Ista: aphrica & europa. Illa: asia. In ortus: in orientē. Libyae: naturā fertilitatēq; soli aphricani narrat. Quod: ea pars quae. Vergit in occidentē inclināt. Arctos imbres: a septentrione immisos. ut enim auster uobis pluuius est. & illis serenus: sic boreas & aquilo nobis sereni illis imbri feri sunt. Reficit: recreat. Serenis: quia cū hic serenat illic pluit. In nullis uiciat opes: non habet uenas & metalla pretiosa. Nullo crimine sine scelere. crimē terrae est aurū & argentū pducere. Et penit' terra: & simplex terra. Robora maurisia. arbores & cedri mauritaniae cuius ligni usum non norant contenti umbris frōdibus. Plinius inquit: a muris cedrū & mensurā in saniam puenire esseq; similē cupresso foeminā siluestri habereq; lignū uariis uenis pictum quo generū trium ad mensas utuntur aitq; mensis praecipua dos in uena crispis: uel i uertice paruis: illud ob lōgo uenit discursu ideoq; tygrinae appellat: hoc in torto & iō tales pūtherinae uocant. sunt & undatim crispae maiore gratia si pauonū caudae oculos imitent magna uero post has grā extra praedictas crispi densa ueluti grani congerie quas a similitudine apiatas uocant. Epulas: esculenta & poculenta ut pisces aues seras gulāq; & luxū ro. obiicit. Mensas. uidelicet citreias. ante ci. mensam nullus uetustior mēoria ē. hūit. n. & ex cedro & exthia:

Vagā: instabilē. Sub nimio piecta die: i meridiē extēta q nimis illic aestuat. Perusti aetheris. torridae zōae. Bacchū. uites: Putris. soluta i puluerē. tenet: possidet. ¶ OMNIBO: Oceano fecere: locū: discussa mole montiū ab hercule. Nā cū cōmuniter istae. redit ad id q dixit: si caelo uentosq; sequaris. diuisus est uentus uniuersus in quattuor uentosq; cardinales: uidelicet in eurū in oriente. zephyrū ab occidente. austrū a meridie. & in boream a septentrione. se hi uenti habent alios collaterales eurū orientalis habet collaterales: hinc circiū. inde subsolanū. at uero zephyrus occidentalis collaterales habet: hinc corū inde fauoniū. auster meridionalis habet collaterales aphricū & notum. boreas septentrionales collaterales habet uulturnū & aquilonē. sed melior tñ & uerior est de uentis sententia plini in secundo: & gelii in noctibus atticis. q diligens lector inspicio. nūc poeta oñdit quō seperatae sint hae partes orbis terrarū meridionales & septentrionales uentos cōes esse dicit aphricae & europa. asia partim tangit meridionalē uentū partim septentrionalē. sed sola ipsa habet eurū uentū orientalē: ex quo facile cōprehendi pōt quō ipsa duplo maior sit aphrica & europa. Ista. s. aphrica & europa. Cōmuniter effundant zephyrū: occidentalē. Illa. s. asia. Boreae: a septentrione. Noti: meridionalis. Sola tenens: quia nec aphrica nec europa euri participes sunt. Boreae sinistrū latus: nā descendens boreas perflat asiam a sinistra. Libyae q; fertile terrae est nunc de ipsa aphrica loquit: dicit at partē illam quae est sub feruenti zona inhabitabilē esse meridiem uersus: sed quae in occidentē uergit: esse habitabilē & eam nō oīno sterilē immo ea pducere quibus sustentari pnt incolumes: tñ ea quoq; pars penuria aquae laborat. Quod fertile. p ea terra libyae quae est fertilis. Non fontibus ullis. quā sit fertilis: tñ & ipsa aquae penuria laborat. Arctoo raris: & quia sequebat. illud quō fertilis si caret aquis dicit ab aquilone nubes impelli usq; in polū antarcticū & pluuias immittere: Nostris reficit: quia qñ serenū est. ibi nebulosum coelū est. & pluuias emittit. Reficit: recreat. In nullas uiciatur opes. i. nullū genus aeris in aphrica inueniē. Pura. crimen glebarū appellat aurū & argentū & bene: nā multorum criminū cā est: ppter ea Vir. dixit Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames: Sed penitus terra est sine cuiusq; metalli admixtōe. Tm: tantūmodo. Maurisia: in mauritania arbores nascunt quae sunt gentibus illis p diuitiis. Non nouerat usum: & diu eas arbores habuere aphri sine utilitate. quia non nouerant in quos usus ualerent sed ro. inquit curiosiores fuerunt qui hmōi arborū utilitatē nouere. mauritania ferox est parte tamen excepta quae deserta est & fluminibus & lacubus abundat: arbores pfecto (teste Strabone) multas & magnas habet & oīa fert. antiqui & ea mensas ex uno integroq; ligno ac uarias ro. suppeditat in occidentalibus clarioribusq; libyae partibus (ut idem refert) habitant: qui a graecis maurisii uocant liby cū genus & epulentū eos ro. & indigenae mauros uocāt & iberiae sunt oppositi. Vsum: utilitatē. Citri con-

Oceano fecer' locum: sed maior in unam  
Orbis abit asiam: nam cū cōmuniter istae  
Effundant zephyrū. boreae latus illa sinistrū  
Cōtingens: dextrūq; noti descendit in ortus  
Eury sola tenens. libyae quod fertile terrae ē  
Vergit i occasus. sed & haec nō fōtibus ullis  
Soluūt: arctos raris aquilōibus imbres  
Accipit. & nostris reficit sua rura serenīs  
In nullas uiciat opes: non aere neq; auro  
Excoquit. nullo glebarū crimine pura  
Et penitus terra est tantum maurisia genti  
Robora diuitiae: quae nō nouerat usum.  
Sed citri contenta comis uiuebat & umbris  
In nemus ignotum nostrae uener' secures  
Extremoq; epulas mensasq; petinuis orbe  
At quaecunq; uagā syrtim complectit' ora  
Sub nimio piecta die uicina pusti  
Aetheris exurit menses & puluer' bacchum  
Enecat: & nulla putris radice tenet  
Tempies uitalis abest & nulla sub illa

Vagā: instabilē. Sub nimio piecta die: i meridiē extē

ta q nimis illic aestuat. Perusti aetheris. torridae zōae. Bacchū. uites: Putris. soluta i puluerē. tenet: possidet.

¶ OMNIBO: Oceano fecere: locū: discussa mole montiū ab hercule. Nā cū cōmuniter istae. redit ad id q dixit: si caelo uentosq; sequaris. diuisus est uentus uniuersus in quattuor uentosq; cardinales: uidelicet in eurū in oriente. zephyrū ab occidente. austrū a meridie. & in boream a septentrione. se hi uenti habent alios collaterales eurū orientalis habet collaterales: hinc circiū. inde subsolanū. at uero zephyrus occidentalis collaterales habet: hinc corū inde fauoniū. auster meridionalis habet collaterales aphricū & notum. boreas septentrionales collaterales habet uulturnū & aquilonē. sed melior tñ & uerior est de uentis sententia plini in secundo: & gelii in noctibus atticis. q diligens lector inspicio. nūc poeta oñdit quō seperatae sint hae partes orbis terrarū meridionales & septentrionales uentos cōes esse dicit aphricae & europa. asia partim tangit meridionalē uentū partim septentrionalē. sed sola ipsa habet eurū uentū orientalē: ex quo facile cōprehendi pōt quō ipsa duplo maior sit aphrica & europa. Ista. s. aphrica & europa. Cōmuniter effundant zephyrū: occidentalē. Illa. s. asia. Boreae: a septentrione. Noti: meridionalis. Sola tenens: quia nec aphrica nec europa euri participes sunt. Boreae sinistrū latus: nā descendens boreas perflat asiam a sinistra. Libyae q; fertile terrae est nunc de ipsa aphrica loquit: dicit at partē illam quae est sub feruenti zona inhabitabilē esse meridiem uersus: sed quae in occidentē uergit: esse habitabilē & eam nō oīno sterilē immo ea pducere quibus sustentari pnt incolumes: tñ ea quoq; pars penuria aquae laborat. Quod fertile. p ea terra libyae quae est fertilis. Non fontibus ullis. quā sit fertilis: tñ & ipsa aquae penuria laborat. Arctoo raris: & quia sequebat. illud quō fertilis si caret aquis dicit ab aquilone nubes impelli usq; in polū antarcticū & pluuias immittere: Nostris reficit: quia qñ serenū est. ibi nebulosum coelū est. & pluuias emittit. Reficit: recreat. In nullas uiciatur opes. i. nullū genus aeris in aphrica inueniē. Pura. crimen glebarū appellat aurū & argentū & bene: nā multorum criminū cā est: ppter ea Vir. dixit Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames: Sed penitus terra est sine cuiusq; metalli admixtōe. Tm: tantūmodo. Maurisia: in mauritania arbores nascunt quae sunt gentibus illis p diuitiis. Non nouerat usum: & diu eas arbores habuere aphri sine utilitate. quia non nouerant in quos usus ualerent sed ro. inquit curiosiores fuerunt qui hmōi arborū utilitatē nouere. mauritania ferox est parte tamen excepta quae deserta est & fluminibus & lacubus abundat: arbores pfecto (teste Strabone) multas & magnas habet & oīa fert. antiqui & ea mensas ex uno integroq; ligno ac uarias ro. suppeditat in occidentalibus clarioribusq; libyae partibus (ut idem refert) habitant: qui a graecis maurisii uocant liby cū genus & epulentū eos ro. & indigenae mauros uocāt & iberiae sunt oppositi. Vsum: utilitatē. Citri con-

tantūmodo. Maurisia: in mauritania arbores nascunt quae sunt gentibus illis p diuitiis. Non nouerat usum: & diu eas arbores habuere aphri sine utilitate. quia non nouerant in quos usus ualerent sed ro. inquit curiosiores fuerunt qui hmōi arborū utilitatē nouere. mauritania ferox est parte tamen excepta quae deserta est & fluminibus & lacubus abundat: arbores pfecto (teste Strabone) multas & magnas habet & oīa fert. antiqui & ea mensas ex uno integroq; ligno ac uarias ro. suppeditat in occidentalibus clarioribusq; libyae partibus (ut idem refert) habitant: qui a graecis maurisii uocant liby cū genus & epulentū eos ro. & indigenae mauros uocāt & iberiae sunt oppositi. Vsum: utilitatē. Citri con-



renta: satis habuerunt Aphri: ut umbra citri quæ arbor est preciosissima se a calore solis defenderet. Comis & umbris unū sequitur ex reliquo: nam contra sunt frondes arborum & frondibus umbra reddit. In nemus ignotum. s. aphris quid arbores suæ ualerent: sed notum ro. & satirice carpit luxuriā ro. Nostræ secures ro. Extremo quæ epulas: ex arboribus nos ro. tragemata & mensas etiā preciosas fecimus: nam ex fructu citri tragemata. i. cibos secundæ mensæ fecimus. Extremo orbe. i. a polo antarctico: aphri nō nouerūt huiusmodi epulas citri: nec ex arboribus mensas preciosas fieri. At quæcūq; uagā: hæc quidem fœcunda est & habitabilis. at uero par alia Aphricæ: quæ ppinquior est feruenti zone nimio solis ardore habitari non potest: nec ibi quicquā nascitur q̄ ad usus hominū necessarium sit. Sub nimio die: sub nimio sole. Vicina perusti æthe. i. uicinia torridæ zonæ: Puluere. i. calore sequens pro antecedenti. Nulla radice: quia radices altius porrigi nō possunt. Temperies uitalis. i. quæ uitam dat plantis & arboribus: nā triplex est uita. s. uegetatiua: sensibilis: & rationalis. Nulla cura iouis. quasi dicat nulla æris temperies eam terrā fertilem reddit: uel quasi destituta sit a deo & cū alterius orbis curam habeat: deus hanc quasi deseruisse uideatur. Sub illa. i. in illa terra: nam sub pro imponitur. Virgi. namq; ingenti lustrat dum singula templo.

Cura iouis terra est. natura deside torpet  
Orbis & immotis annum nō sentit arenis:  
Hoc tã segne solū raras tantū exerit herbas  
Quas nasamō gēs dura legit qui pxiā pōto  
Nudus rura tenet: quē mūdī barbara dānis  
Syrtsis alit: nam littoreis populator arenis  
Imminet: & nulla portus tangente carina  
Nouit opes. sic cum toto cōmercia mundo  
Naufragiis nasamones habēt hac ire catonē  
Dura iubet uirtus. illic secura iuuentus  
Ventorū. nullasq; timens tellur̄ pcellas  
Aequoreos est passa metus: nā littor̄ sicco  
Quā pelago syrtis uiolētius accipit austr̄  
Et terræ magis ille nocēs. nō mōtibz illum  
Aduersis frangit libyæ: scopulisq; repulsum  
Dissipat: & liquidas se turbine soluit i auras  
Nec ruit in siluas: annosq; robora torquēs  
Lassat: patet omne solum: liberq; meatu  
Eoliam rabiem totis exercet arenis.  
Et non imbriferā contorto pulucri nubem  
Inflexū uiolentus agit. pars plurima terræ

tanto etiā ipsi duriores & patientiores reddunt. Proxima ponto: oceano: nā eo usq; hæc regio pducit: quo ad gentibus pcedere licet. Nudus: nimio calore solis uestibus nō utitur. Quē mundi barbara: quia occurrebat illud quō uiuere possunt: si ibi nihil nascitur uel parū: dicit illos uiuere naufragio. ideo q̄ ibi syrtes sūt & plerunq; uentis impulsæ naues sirtibus hærent: & ibi destitutæ cū oibus earū mercibus a nasamonibus diripiunt: & hoc genere uitæ sustentatur. Imminet. instat. Sic cū toto cōmercia: quia naufragia sunt eis p mercibus naufragæ. n. naues cū in sirtibus depræhense tenent copiā meritiū nasamonib⁹ faciunt. Toto cōmercia mundo. i. ex omni regione orbis terrarū naues illuc inuitæ compellunt. Hac ire catonem. nūc quasi cām affert: cur libies hanc ptem descripserit. ut ostenderet magnā Catonis uirtutē: qui certū ppe periculum petebat: ut si qua ratione posset libertatē ppe amissam recuperaret. Dura uirt⁹: posuit uirtutē pro fortitudine q̄ ē malorū & periculorū omniū dura ac fortis patientia. Secura: sine cura. de iuuetute Catonis loquit̄ q̄ numero fuit hominū ducē militū pagrauitq; libiā terrestri itinere dieb⁹ triginta p pfundā harenā ut Strabo scribit. Illic: uidelicet in ea regione ubi syrtes quas terrestri itinere ambiēdo trāsire cōstituit Cato. Secura: quia ibi nullos uentos futuros existimabāt. Procellas: pcella uis uentorū dī q̄ oīa pericula. i. pcutiat. Aequoreos ē passa quia nō aliter uexata est itinere terrestri: q̄ nauigatiōe naues cōcuti solēt. Nā littora: sic ibi. n. non min⁹ sæuire & crassari solet uētus: q̄ solet in mari. Sicco. s. sirtium. Ille: auster. Nō mōtibz illū: reddit rōnē quare uehementer sæuiat in regione auster: neq; n. inquit montes ibi sunt q̄ uim & impetū austeri impediāt. ob hanc causam in aliis regionibus non tantopere sæuiunt uenti: q̄ uidelicet obiectos montes habent. Scopulisq; repul

CSVLPI. Cura iouis: salubritas cœli. Immotis: in aratis. Non sentit annū. annuas messes autumnii uin demia & floridū uer. Segne: in secundum. Nasamon: nasamones gentes sunt in ora syrtis quos antea nasamones græci appellauerunt ab argumento loci medios inter arenas sitos. Nudus. pauper. Damnis mūdī: præda omniū qui incidunt in syrtes. diripiūt enim naues & naufragos. Populator iminet: prædator seruat. Et nulla carina: nec aliena nec sua nā portū nō habent & ad eos nauigat nemo nec ipsi nauigāt. Opes: quas rapiunt. Habent naufragiis: habere uidentur ob naufragia. Dura: fortis & paciens. Metus æquoreos: pericula quæ solent in mari timeri. Aduersis: oppositis. Nō frangit. nō debilitat nec ullis scopulis aut siluis rūpit. ut illis repressus in altū se erigat. Soluit turbine. non resuoluit uolubilitate. Lassat: repetit nec. Patet omne solū: apertus & liber ē campus. Eoliam quā eolio carcere extulit. Et non imbriferam: nubem & congeriē sicci pulueris in circuitum uertit.

COMNIBO. Deside. i. inerti: quia natura illius orbis inutilis est. Immotis ha. i. in aratis non subactis. Annū. i. utilitatem anni: & messes. Hoc tã segne solū & quanquā hæc terra nimio solis ardore sterilis sit: ut nec messes: nec uites pducant: nascuntur tñ inquit herbae q̄bus uescunt. Nasamones: sunt populi sub feruētiore plaga Aphricæ habitantes uerū. Strabo libro ultimo dicit nasamones primos: postea psylos & getulorum ptem & garamantes Libyem sterile & aridā regionē obtinere. Segne: iners: utile. Exerit. i. aperit. Gens dura. s. uictu: nā quanto uictu duriore utuntur:



sum. nec ibi scopuli sunt. sicut in medio mari quibus uento resistit. Liquidas. i. puras. quia ibi calor nimius est ita ut uentus ascendere non possit. iō magis impetū suū exercet. In auras. quia nō tendit altius. Turbine. in petu suo. In syluas. quia ibi nullæ sunt arbores. Torquens. uoluens. Lassat. fatigat. ut impetu suo desistat. Patet. apertū est omne solū regionis illius. Liberq; meatu. i. auster iter liberū habet nullo obice impeditum. Aeoliam rabiē. i. furorē respexit ad fabulā q̄ Aeolus rex uentorū dicat. & montibus eos coherceat. Et nō imbriferā. sed hic uentus non cogit aerem in nubes: sed tantūmodo intorquet puluerē. & in medio aere retinet neq; enim ipsa in aerem sicut nubes resoluit. In flexum. in circuitū. quia puluerem contorquet non nubem ex qua imbres cadant. Pars plurima. i. magna.

**SVLPI.** Pendet. suspensa est in aere. Vertice nūquam resoluta: summitate nunquā dissipata æ in aere uersa more nubis. Regna: urbes & terrā quā possidet Garamante. populo nasamonibus uicino. Raptā. quæ rapuit ut carbonē fauilā. Quantūq; licet consurg. q̄ alte eleuat fumus tam & puluis. Violare diem. ob te nebrare lucem. Aggredit. uentus. Raptis. subtractis a uento. Concuteret. Auster libyam conuassaret si esset dura ipsumq; austrum in cauernis includeret sed quia ei cedit stabilis. manet Compagne. densitate conjunctione. Scopulosa. saxosa cum non sit. Clauderet cauernis. Terræ motus enim sit ex uento in cauernis. terræ incluso conanteq; egredi & ut ait plinius Neq; aliud est in terra tremor q̄ in nube tonitruū. Luctādo resistendo uento. Stat. non concutit. Fugit. cedit austru. Virorū. militū. Actu. impulsu. Intentus. cōtinuus & uehēmens. Sic illa. Ancile hoc est scutū sine angulo undiq; excisū in formā pelte thracie a ioue quē Numma elscuerat fuisse in imperii pignus e cælo demissum sincera fide credebatur antiquitas. poeta ut uentorū eruptum alicui ro. fuisse platum asserit. Nume qui a Marmurio fabro iussit. xi. q̄ similitima fieri ne quis illud posset subripere. ea aut omnia a canentibus & saltantibus salis qui patritii erant & supra truncā æneum pectori tegmen habeant per urbem mense martio gestabant ut late in iuuenalem fastosq; ex plutarcho & liuio diximus. Orbem. syrtes libycas. Procubuit. se prostrauit. Constrinxit: ne lacerarent uel auferrent.

**OMNIBO.** Tollit. subleuat. Pendet. quia nō resoluta sicut nubes in aerem. Regna uidet. nunc dicit uiolentia ipsius austeri. non modo puluerem sublimem tolli. uerū et tecta domorū rapi. quin et saxa uolitare p̄ aera. Regna: quæ ipsi nasamoni loco regnorū sunt nam rusticus regna sua angellū appellat. Vir. post aliquot mea regna uidens mirabor aristas. Discussa. s. impetu uentorū. Non altius ignis. dicit ignē nō altius trahere secum q̄ rapuerit q̄ uentus tollitur: quin etiā fumū non sublimius ascendere: q̄ ea q̄ uentus rapuerit. Confugere fumo. quia tantū aeris cōtinet puluis sublatus uento. quātū fumus. q̄ magna emittit flama. Violare. obtenebrare diē. Tunc quoq; ro. sol. semp̄ ibi uim maximā exercet uentus: sed quo tpe p̄ ea loca ro. ibat multo etiā uehēntius sauebat. Nullusq; pōt. ex omni exercitu catonis nemo erat q̄ stare posset. nā uentorū impulsu euertebat. Raptisq; et arena et q̄ pedibus calcabat a uento subtrahebat. Raptis: subtractis a uento. Concuteret. or. tantus hic inqt̄ impetus ē uenti: q̄ si solū illud durius esset & nō resoluere harena. uentus rimis ingressus in uiscera terræ: dū erūpere q̄teret terremotū faceret. sed hoc adiuuat. q̄ facile p̄ rimas ingredit. ita facile p̄ resolubiles harenas exit. ideo terremotū nullū facit. & ita latenter terremotus cām innuit s̄m philosophos. nā alii dixerūt oceanū cām esse terremotū cū uehēntius terrā impellit & cōcutit. ut a centro suo discedat. alii p̄ uiscera terræ ingredi uentū: deinde cū exire uoluerit: nec uia inuenerit qua possit erūpere terrā concutit & terremotus efficit. A sede: a cetro. Solida cōpage. firma iunctura q̄ solū illius regionis durū esset & cōtinens. Scopu. scopulis plena si esset: sed nō est. Cauet. exe. i. corrosis & cauis antris. Sed q̄a mobilibus: sed q̄a facile resoluit. ideo uento cōmoueri nō pōt: hæc causa est cur terra nunquā moueatur. Nusquā luctando. i. resistēdo uentis: q̄a resolubilis est. Ima. i. profundior tellus. Stat. i. stabilis p̄manet q̄a superficies resolubilis est impellente uento. Galeas & scuta: & tātus fuit turbo: ut saepe e manibus militū pila extorqueret. & scuta & galeas adimeret. & ea per aerem uolitantia ferret. Spiritus. illius uenti. Contorsit: cōuoluit extorquendo de manibus militum. Actu: impulsu. Intentus uehēmens: sicut intentū calorem uehēntē dici

Tollit. & nunquā resoluta uertice pendet. Regna uidet pauper nasamō errantia uento Discussasq; domos uolitantq; a culmie raptæ Detecto garamante casæ non altius ignis Raptā uehit. quantūq; licet cōsurgeret fumo Et uiolare diem: tantum tenet aera puluis: Tū quoq; romanum solito uiolentius agmē Aggredit: nullusq; potest consistere miles Instabilis raptis etiam quas calcet arenis. Concuteret terras orbemq; a sede moueret: Si solida libyæ compage & ponderē duro Clauderet exesis austris scopulosa cauernis. Sed quia mobilibus facilis turbat arenis. Nunquam luctando stabilis manet ima q; tellus Stat: quia summa fugit galeas & scuta uirorū Pilaq; contorsit uiolento spiritus actu: Intentusq; tulit magni p̄ inania cæli: Illud in extrema forsā longe q; remota Prodigiū tellurū fuit. delapsaq; cælo Arma timēt gētes hominūq; exēpta lacertis A sup̄is demissa putant. sic illa p̄fecto Sacrificio ceciderunt numæ: quæ lecta iuuentus Patritia ceruice mouet. spoliauerat auster Aut boreas populos ancila nostra ferentes: Sic orbem torquente noto. rōana iuuentus Procubuit: metuēsq; rapi cōstrinxit amictus



mus. Illud in extrema: fortasse inquit eo tempore cū uentus saeuit: & pila e manibus ro. abstulit & galeas & in alias regiones per aerē ferebat: cū in terras caderent: quasi de coelo lapsa esse existimarunt & pdigii loco habuerunt q̄ Ro. tpe Numae contigit: cū de coelo scutū ancile cecidit: augures dixerunt ubi scutū illud ser uare: ibi caput orbis fore: hinc est q̄ numa. xii. ancilia ad similitudinem illius fieri iussit: ne agnosci posset il lud diuinū & Manurius faber inter ceteros gloriā obtinuit: q̄ similia illi ancylia fabricasset: & cū ei optio dare: ut praemiū q̄ uellet artis suae posceret: petit ut ex patriciis. xii. salii p urbem cū tripudiis ancylia feretes canerent ueterē Mamurii memoriā. Gentes: quae ignorant unde tela uenerint. Hominū erepta. & cū uetus arma e lacertis abstulit putant ipsi caelitus eē demissa. Sacrificio numae. idest populi ro. instituit: sicut est apud Liuium: qui legibus urbē uoluit formare & religione instituere: pontifices creauit. flamines diales & alios sacerdotēs: pontificē docuit oēm cultum diuinum: ut ex eo ceteri discerent quae uicuique deo sacra facienda essent & quo tempore. Leta: pro electa. Mouet: concutit. Patricia ceruice: quia e patriciis eligebant iuuenes sacerdotēs: quos salios appellabant a saltando. Spoliauerat auster: sed nihil aliud fuit: nisi q̄ uentus ea depu lerit in regiones nostras: & Numa e coelo lapsa credidit. Nostra: idest quae postea nostra fuerunt. Sic orbē torquente: noto milites ro. cum tanto undiq; impetu uentorū affligerent: se humi prosternebant metuētes ne sublimius tollerent. uestes etiam accingebant & manibus terrā carpebant: ne a uentis sublati auferētur. Procubuit. scilicet humi. Torquente orbem: uolente mundū. Constrinxit: scilicet corpori.

Inseruitq; manus terrae: nec ponderē solo  
Sed nixu iacuit. uix sic immobilis austro  
Qui sup igentes tumulos inuoluit arenae  
Atq; opit tellure uiros: uix tollere miles  
Membra ualet multo cōgestu pulueris hārēs  
Alligat & stantes effusae magnus arenae  
Agger. & immoti terra surgente tenent.  
Saxa tulit penitus discussis pruta muris  
Effuditq; pcul miranda sorte malorū.  
Qui nullas uidere domos uidere ruinas  
Iaq; iter omne latet nec sunt discrimina terrae  
Vlla nec aetherae medio uelut equorū flāmae  
Sideribus nouere uiam nec sidera tota  
Ostendit libycae finitor circulus orae  
Multaq; de uexo terrarū margine celat  
Vtq; calor soluit quem torferat aera uent<sup>9</sup>  
Incensusq; dies manant sudoribus artus  
Arent ora siti conspecta est parua maligna  
Vnda pcul uena quā uix e puluere miles  
Sustulit: & galeae cōuexum infudit in orbem  
Porrexeritq; duci squalebāt puluere fauces  
Cūctorū minimūq; tenens dux ipse liquoris  
Inuidiosus erat me ne inquit degener unū  
Miles i hac turba uacuum uirtute putasti  
Vsq; adeo mollis primisq; caloribus impar  
Sum uisus quanto pena tu dignior ista  
Qui populo sitiēte bibas sic concitus ira  
Excussit galeam suffecitq; omnibus unda

¶ SVLPI. Nixu: conatu ne raperetur. Viros: ia centes. Hārēs: retentus & grauatus. Congestu cumulo. Alligat: retinet implicat. Discussis: euersis. Latet iter: uia uō discernit: nā tota regio unius figurae & similitudinis erat: sed itinerabant stellas obseruando more nautarū. Flāmae. stellae. Finitor: circulus orizō qui terminat ea quae prospici aut non uideri possunt ut ait iginus: deduciturq; ab q̄ est termino di uidit. n. inferius hemispheriū a superiori. Celat multa: ex his quae in nostro orizonte apparent illic est. n. terra deuexior. Nec sidera nota: quae a nobis nō cernuntur ut Canopū. Vtq; calor: postquā inquit aduentā te calore puluerulentū frigus repressit est & solutū ut solent nebulae adueniente sole. Soluit: sedauit. Torferat: agitauerat. Incensusq; dies: postquā actus est diei calor. Maligna: nō secunda. Confudit: confundo imisit & turbauit. Inuidiosus erat. omnibus in uidiā & odio erat. Virtute: patientia mollis deiicat & sine robore. Impar: qui resistere nequeā. Poena: in uidiā. Populo: reliquis omnibus. Suffecitq; omnibus: nemo. n. cupit cum nullus bibisset.

¶ OMNIBO. Inseruitq; manus terrae: terrā manibus cōprehendebat. Nec pondere solo: nec satis habuit pondere corporis se defendere ne a uentis auferetur nisi etiā manibus niteret. Immobilis austro: uix nixu corporis stabilis poterat pmanere. Qui sup igentes: cū periculū unum uitassent: ne tollerent a uentis: aliud non uitarunt: ne cumulū harenae quasi aggerem superimponeret corpori & quasi sepeliret. Hārēs. f. humi. Mul. cō. agere cumulato pulueris. Est stā. non mō pūbentes milites alligat: sed et stantes. Ag. f. cumulus arenae. Ter. su. f. sup: corpora eorum. Saxa tulit penitus qd mirum si alia uentus aufert cū ipsa saxa secū raperet p aerem uolitantia. Qui nullas uideō ro. cū ea trāsirent (iam. n. uentis abstulerat muros) ruinā qdem uidebant: sed domos nō uiderant. Iamq; iter omne latet. dicit aliqd deterius contigisse militibus Catonis q̄ nautis. nā et, si uentis dissipent: semp polū arcticū habēt cuius sydera obseruātes sciūt quate pte maris nauigēt. at uero hi tūc flātibus uētis: quae ori zonte suo phibeant: arcturi siue palustri sydera uidere nō poterāt ut in q̄ ptē inclinarēt uidere nō possent iter latet: obrutū arenis. Nulla discrimina. i. discernere nō possunt ubi terrarū sint. Aetherae flāmae. i. stellae sunt. n. stellae natura flāmae quo circa uaporibus alunt. Qui ex agris sole tepesacti excitant. Sideribus no. uia obseruatiōe stellarū postea dignoscebāt terras: nō tñ oēs stellas uidebant. nā erant in orizonte meridiano: q̄ humilis est iō nō poterāt aspicerē polū arcticū: septentrionē. n. maxime cōseruāt nautae & eū spectā & ii



tes intelligunt qua parte maris nauigent. Finitor circulus oræ. i. orizon meridionalis. orizō appellatur cir-  
 culus qui diffinit regionē poli arctici & antarctici. nā significat termino. nūc ergo dicit conditionē ho-  
 rum militū deteriorē q̄ nautarū: quia nautæ semp uidere possunt stellas septentrionales q̄bus nauigationē  
 suā dirigunt: quocūq; uoluerint: sed hi plene omnia sydera uidere nō poterāt: q̄ ratio orizontis facit in quo  
 tunc erat cato cū exercitu. Tota sy. f. poli septentrionalis. Deuexo. m. i. rotundo. Celat: nā qui in illo orizō  
 te sunt uidere nō possunt stellas huius orizontis: quia tumor terræ intercipit acies oculorū. Vtq; c. f. prio  
 quidem passi sunt tempestatē uentorū: deinde nimiū solis ardorē: nā ubi in meridiē sol ascendit uentus statī  
 calore solis dissipatus est. sed intensior: inquit ardor erat facientibus iter ut e toto corpore sudor manaret.  
 Calor. f. meridiani solis. Quem. t. u. inuoluerat turbine suo & rotabat. Exarsit. i. factus est intensior solis ca-  
 lor. Manant. f. ar. unū sequit̄ ex reliquo. nā quia sudor fundebat̄ ex corpore: ideo sequebat̄ sitis. Conspecta  
 est parua maligna: casus ita tulit: ut haud procul inde spectauerint undā: quæ potius piscina erat & statim e  
 militibus unus aquā inde hausit & eam porrexit cato. Cato toruis oculis illū acriter repræhendit. nūquid  
 inquit ex omnibus me unū dilexisti: qui sitim pati nō possim: & acceptā undam effudit: in conspectū militū  
 & satisfecit omnibus: nā milites ubi uiderūt ducem sitim fortiter pati. nihil erat q̄ nō ipsis tollerabile uidere  
 tur. Procul: præ oculis. Maligna uena. i. iniqua quia aqua nec erat quidem huiusmodi: ut potalibus uideri  
 posset. Quā uix puluere: adeo aqua per exigua erat: ut uix eā haurire miles. Minimū liquoris. i. paruā aqua  
 partē tenens manibus: Inuidiosus erat. i. magnā in se contrahebat inuidiā. Primis caloribus: ut in princi-  
 pio calor sitim pati nō possim. Quantam pœna: hac pœna potius dignus es: qui aliis sitientibus bibas.  
 Concitus ira. i. perturbatus. Excussit galeam. i. effudit aquā ex galea. Suffecit. i. omniū sitim expleuit.

⊕ SVLPI. Templū: iouis āmonis qui colit̄ in for-  
 mā eius arietis qui sitienti libro patri fontē pede effo-  
 dit: cū illac exercitum duceret. autē arena inter-  
 preta. Donaria: loca ubi dona feruat̄. Virg. Ductos  
 alta ad dōari a currus. Beatis: diuitibus. Vnus solum  
 & cōe omnibus templū. Morū priorum: piscæ simpli-  
 citatis & fidei. Tibullus. Tunc melius tenuere fidem  
 cum paupere cultu. Defendit: tuetur ne inficiat̄ auro  
 more ro. Esse locis superos: hoc est deos h̄re syrtiū cu-  
 ram nam ois terra quæ est inter leptim & berenycida  
 arbores non pducit. Berenycida: berenycis urbs est in  
 pentapolitana regione in syrtis extimo cornu quon-  
 dam uocata hesperidū: ubi hesperidū horti memoran-  
 tur abest a lepsi. ccclxxv. milibus passuum leptis uero  
 est in libyphœniciū regione quæ est eximie fertilita-  
 tis: ut plinius scribit. Extulit nemus: erexit arbores.

⊕ OMNIBO. Ventū erat ad templū: cū per arctē  
 libyam iter faceret cato: tandē ad fontē iouis ammōis  
 puenit: ubi templū erat ipsius dei: sæpe hoc dictū q̄ i  
 fabulis legitur. cū ex india uictor rediret liber pater:  
 & ad arentē libiā peruenisset cū omni exercitu siti la-  
 borans supplex d̄r rogasse patrem iouē: ut sibi exerci-

tuiq; suo misereretur: statim ibi apparuit aries: qui pede terrā pcussit & statim fons nitidissimæ aque exiuit:  
 unde omnis exercitus bibit deinde in honorē patris liber pater ibi templū cōdidit & in medio tēplo simula-  
 crum iouis in forma arietis erexit: q̄ existimabat iouem sub ea specie auxilium pstitisse: & qui ad hoc simula-  
 crum iouis ueniebāt: de rebūs dubiis respōsa accipiebant. nūc ergo dicit ubi a catone & ipsius exercitu illuc  
 uentū est: uniuersæ gentis populi erāt: qui ad petenda oracula uenerāt. Vnū: singulare. Inculti: qui uitam in-  
 cultā & rudē exigūt. Illic in illo templo. Corniger. in forma arietis. Similis nostro nō ibi factus est iuppiter.  
 Qualis in capitolio nostro. Similis. f. cū maiestate & fulmine. Ammō: ab harena ubi positus est. nam  
 harenā significat siue ab ammōe pastore q̄ illi primus templum cōstituisse scribit̄ a paulania: uel ab ammō q̄  
 lingua ægyptia significat iouem & corrupto sermone afri ammonē uocat. Herodotus. Nō illic libyæ: di-  
 cit ibi nō esse templū cōstructū magnificentia ædificiorū: nec dōaria plena auro & argēto: sicut ro. nā ea gēs  
 paup erat: & cōtenta humilioribus: iouē igitur adorāt: nō magnis dōis: sed potius miti corde. Dōaria: pro-  
 prie sūt loca ubi dōa diis oblata reponūtur: sicut sacraria ubi sacra colūtur. Quāuis æthiopū po. nō sunt hic  
 dōa p̄ciosiora q̄bus ornari solent tēpla iouis ro. q̄ hoc templū sit unicū & singulare gētibus etiā orientis.  
 Beatis: apud quos nascunt̄ res p̄ciosæ: gēma: aurū. Pauper adhuc: quis habūdent his rebus: tñ nō exornāt  
 tēplū. sed p̄cibus potius & piis sacris iouē placāt. Per æuū & oē tps ætatis. Morūq; priorū qa sicut ab initio  
 cōstitutū fuit: ita et posteri seru arūt. Numē ro. tēplū. q. d. nō tēplū illud exornat̄ auro. sicut capitolium ubi tē-  
 plum iouis erat in arce. Esse locis supos: q̄ ibi numē inhabitet ex eo cognosci pōt: q̄ cū ois circa ipm regio  
 nimio calore arefcāt: ibi tñ modo herbæ uirides ac syluæ cōspiciūtur: q̄ sine numine fieri nō posset. Esse su-  
 peros. i. numē deorum ihabitare. Sola: unica sylua per oēm libyā. Nā qcquid puluere sicco: a p̄tapolitana  
 regione usq; ad tripolitanā qcqd iter medium ē caret herbis & arboribus: sed ibi tātū ammō ubi templū amo-

Ventū erat ad tēplū libycis q̄ gētibus unū  
 Inculti garamantes habēt stat corniger illic  
 Iuppiter ut mēorāt sed nō aut fulmīa uibrās  
 Aut similis nostro: sed tortis cornib⁹ ammō  
 Non illic libyæ posuerunt ditia gentes  
 Tempa. nec cois splendent dōaria gemmis  
 Quāuis æthiopum populis arabūq; beatis  
 Gentibus atq; indis unus sit iuppiter ammō  
 Paup adhuc de⁹ est nullis uiolata p æuū  
 Diuitiis delubra tenens: morumq; priorū  
 Numen rōano templū defendit ab auro.  
 Esse locis supos testat̄ silua p omnem  
 Sola uirens libyē: nā quicquid puluer sicco.  
 Separat ardentē tepida berenycida lepsi  
 Ignorat frōdes solus nemus extulit ammon



nis est sylua uirens reperit. Quicquid: id est omne spaciū terrarū. Puluere: id est harena putri. Berentida lepti berenitis oppidū libyæ ē in ea parte q̄ appellat̄ pena apolitana. a quinq; ciuitatib; usq; ad leptim oppidum tripolitana: id est a principio libyæ usq; ad extremitate non inuenit arbor: nec sylua: nisi in hoc loco templi ammonis. Solus nemus: iuppiter dedit hanc syluam: q̄ locum illum delegit.

Siluaꝝ fons causa loco. qui putria terræ  
Alligat. & domitas unda connectit arenas  
Hic quoq; nil obstat phæbo quū cardine sū  
Stat librata dies truncū uix p̄tegit arbor (mo  
Tā breuis in mediū radiis cōpellit̄ umbra  
Dep̄nsū est hunc esse locū qua circulus alti  
Solstitiū mediū signorū p̄cutit orbem  
Non obliqua meant. nec tauro scorpūs exit  
Rectior. aut aries donat sua tempora libræ  
Aut astrea iubet lentos descenderē pisces.  
Par geminis chirō: & idē q̄ carcinus ardens  
Humid⁹ egoceros: nec plus leo tollit̄ urna  
At tibi quacūq; es libyco gens igne dirēpta  
In noton umbra cadit q̄ nobis exit in arcton  
Et segnis cynosura subit: tu sicca p̄fundo

nil aliud est q̄ illā ptē æquinoctialis oriri: q̄ oriē cū illo signo ascendēte supra orizontē: uel illā ptē æquinoctialis occidere: q̄ occidit cū altero signo tēdēte ad occasū sub orizontē. Signū at̄ recte oriri d̄r cū quo maior ps æquinoctialis oriē. Obliquū uero cū quo minor: sic d̄r & occidere. Aut donat sua tēpora par. n. tps̄ in decurrendo cōsumit. Astrea: uirgo. Descēdere: occidere. Pisces: q̄ duo sunt australis & borealis. Chyron: sagittarius. Idem par in ascendēdo & descēdo. Carcinus: cancer sic. n. d̄r græce. Ardere aut̄ fertur. q̄ qñ sol in eo est sunt maximi æstus. Aegoceros: Capricornus græce dixit .n. capra est. & cornu effigiat̄. n. caper uētre tenus reliquo corpore piscis. Vrna: aquario q̄ urnā tenet. At tibi: apostrophe ad libycos q̄ sunt ab æquinoctiali circulo ad cancrū usq;: q̄ ita habēt umbras meridiē uersus: p̄ ut sol a p̄pendiculari ipsorū umbra ad cancrū ascendit. Dirēpta igne libyco: diuisa a nobis æstu & torrida zona. Umbra: solstitiū nostri q̄ est nobis septentrionalis. Et segnis cynosura. subit: & ur̄sa minor tibi uideat̄ occidere. Segnis: parum enim moueri uidetur.

**COMNIBO.** Fons causa loca: & tñ ammoni ioui est attribuendū: nā ipse sub forma aretis terrā pede percutiens fontē edidit. Et domitas un. declarat q̄ dixit alligat: quia humor una cū puluere maximus facit. quasi glutem: quo radices deinde nitunt̄ terræ. Hic quoq; nil obstat: adeo sol directe transit p̄ zenith capitis eorum: ut nulla ibi prorsus uideat̄ umbra zenith est uocabulū astrologorū: significat aut̄ punctum in firmamento. qui directe capiti nostro superimpositus est: & cuiusq; regionis gentes suū zenith habent: dicit q̄ ibi trāsit per zenith capitis eorū qui directe superimpositus erat capiti garamanthū cū ī meridiem est sol: nulla prorsus umbra apparet: adeo ut uix frondibus truncos suos arbores defendere possit. Hic quoq; hic quauis natus sit fons: tamen cū in meridiē fuerit sol: nulla umbra est: q̄ possit se a calore solis defendere nec ipsa arbor. Phæbo: calori solis. Stat: id est firmata est. Cardine sūmo: id est in meridiē. Truncū uix p̄tegit arbor: ex quo intelligi pōt q̄o possent sub umbra cætera animalia releuare calorē. Dep̄hense: de illis loquit̄ quorū zenith directe capiti eorū superimpositus est ī æquinoctiali situ: q̄bus duo solstitia altissima fiunt: & totidē solstitia ima solstitia alta fiunt. his cū sol p̄ capitis eorū zenith transit. uidelicet cū sol est in principio arietis & itē in principio libræ tūc enim directe sol p̄pendiculariter per zenith capitis eorū transit: ideo aut̄ alta solstitia dicunt̄: quod sol altius ascēdere nō possit. Circulus alti solstitiū: est æquinoctialis quod sub æquinoctiali constitutis duo alta solstitia fiunt mediū aut̄ orbem signorū appellat̄ zodiacū: uidelicet q̄ æquinoctialis circulus mediū zodiacū diuidit. Percutit: diuidit. Dep̄hensū. scilicet ab astrologis. Hunc locū. ubi positū est templū ammonis. Alti solstitiū. uidelicet æquinoctialis quare alti. quia uidelicet sub æquinoctiali constitutis. duo alta solstitia sunt: uidelicet cū in principio libræ & itē p̄ncipio arietis sol fuerit. Orbē signorū. id est zodiacū in quo. xii. signa posita sint. Nō obliqua meant. i. nō obliqua oriunt̄ nec occidunt. ut intelligat̄ hic locus sciendū est primū qd̄ sit ortus & occasus. deinde qd̄ sit obliquū oriri. & recte oriri ortus alicui⁹ signi nil aliud est: q̄ illam partē orizontis oriri cū illo signo oriente. id est ascendēte supra orizontem arcticū. rursus e diuerso occidente aliquod signū nihil aliud est quā eam partem orizontis occidere. quæ occidit cum illo signo occidente. Signa enim cū uidentur. oriri dicuntur. cum autem non uident̄. occidere dicuntur. cum supra orizontem finita est acies oculorum & nō uidentur. cum supra alium orizontem fuerint: tumore terræ

**CSVLPI.** Putria terræ alligat: terrā pulueream cōtingit & densat. Hic quoq; ut in syene & in aliis locis Quū cardine sūmo stat librata dies: id est cum sol est certo die in medio cœli p̄pendicularis: ut in ariete & in libra. Arbor. umbra arboris. Dep̄nsū est: cōp̄ertū est syrtes & Garamantes sub æquinoctiali circulo esse. Circulus alti solstitiū .i. æquinoctialis in quo contingunt duo. Ita solstitia sub æquinoctiali existentib; qui cū semp̄ habeat̄ æquinoctiū hnt̄ quatuor solstitia uidelicet duo alta in principio arietis & libræ quia sol directe trāsit supra ipsorū capita: & duo ima in principio Cancrī & Capricorni q̄ tūc sol maxime remouetur a recta linea capitis eorū. Percutit mediū orbem: quasi diuidit & correspōdet medio zodiaco. Nō obliqua meant oīa signa his q̄ sunt in æquinoctiali circulo recta oriunt̄ & occidunt: his uero q̄ sunt extra partem recta partim obliqua ut nobis q̄bus ut ille iquit. Recta meant: obliqua cadunt a sidere Cancrī. Donec finitur chyro: sed cætera signa. Nascunt̄ prono descēdūt trāte recto. Meant: p̄cedunt. Nec tauro. Signa. xii. q̄ inter se sunt opposita: & habēt ortū & occasum cōtrariū poeta cōmemorat. Ortus aut̄ uel occasus alicui⁹ signi



impeditur acies oculorum: ne sydera uideri possint: hic est ortus & occasus oblique autē oriri dicunt signa cū minor pars orientis occidit cū eo. recte autē oriri dominant cū magna pars orientis orit. nunc ergo dicit. Non obliqua meant. i. recta signa oriunt: quia cōstitutis in æquinoctiali: sicut sunt de quibus loquitur garmantes semper maior pars orientis orit & occidit. Nec tauro scorpius exit. i. signa opposita æquales habent ascensiones & descensiones: libra opponit arietem. Scorpius tauro. Capricornus cancro. Aquarius leo. Piscis uirgini: & in sphaera: ista opposita signa æquales habent ascensiones & descensiones. i. æqualiter occidunt & oriunt: & hoc est quod hoc loco dicit: nec tauro scorpius exit rector. Tempora sua: quia eodem tpe & oriuntur & occidunt. Cyron. i. sagittarius nā in sagittarium signū cōuersus est chyron. qui centaurus & nūtricius Achillis. Carcinus. i. cancer. dictio græca est. Idem est. i. in ascensione & descensione. Aegoceros: capricornus nā significat capram cornu. Nec plus leo. t. urna: quia aquarius opponitur leoni cum: dicit urna intelligit aquariū: nam aquarius pingit cū urna effundens fluuiū. At tibi quæcunq; es: apostrophat ad eos quorū punctus. i. zenith arabice superimpositus est capiti eorum & sunt in tropico canceri his enim umbra semper a septentrione uergit in meridiem. At uero illis quorū zenith directe capiti eorū superimpositus est inter tropicū canceri: & inter circulum arcticū: nunquā eius contingit. ut sol transeat per zenith capitis eorū: & illis umbra semper a meridie septentrionē uersus tendit: sicut nobis: ita Lucanus hic dicit ostendens eam gentē quibus umbra semper uergit in meridiem. Dirempta. i. diuisa es a nobis. In notū umbra cadit. i. in meridiem umbra eius. Quæ nobis. i. qui sumus inter tropicū canceri: & arcticū polum umbra cadit a meridie in septentrionem. Te segnis: o afer garmas. Cynosura: minor. Segnis: quia tarda est.

¶ SVLPI. Palustra sicca: ursam maiore quæ nō occidit: nec oceano tingit. Putas: bene putas nā re uera & si abscondat eis nō mergit in oceano. Nullumq; & omnes stellæ quæ sunt in polo septentrionali occidunt tibi. Vterq; borealis & australis. Procul: remotissima: quia ipsi sub æquinoctiali sunt neutruq; uident. Fuga: oratio. Rapit medio cælo: uersat inter utruq; polū. Ante fores: tēplis ammonis. Eos: aurora quæ græce dicitur: eos et oriens appellat & corripit primam. Fata: sortes responsa. Duci: catoni. Numina memorata: iouem celebratū. De fama: an uerū sit illic uera reddi oracula ut iam olim creditū est. Maximus: inter oēs: Scrutandi euentus. scitandi casus belli. Voce. responsis. Ora: oraculū. Nam cui: suasio a facili cū eius laudis attestacione. Superas: diuinas. Deū: dei uolūtam quæ est secundū leges & uirtutē. Excute: explora an suis legibus & libertate uicturi sint populi: an frustra bellum ciuile fiat & tyrāni sint dominaturi.

¶ OMNIBO. Mergi palustra putas: quia (sicut dixi superius) tunc dicit occidere signū aliquod cū tendit sub horizonte: ideo quia orizont hic noster qui diffinit spaciū quod acies oculorū pertingere potest parū uidetur ab his quæ sunt in polo antarctico: ob eam cām palustrū quod circa polū arcticū uertit: ipsi existimant quā nobis: nunquā occidat occidere: quia occidere: nō uident: nā tendit sub horizonte: & timore terræ impeditur acies oculorū ideo eis ursam minor licet nunquā occidat occidere uerū. In uertice sūmo: in polo septentrionali: qui semper sublimis est nobis. Procul axis uterq; quia ipsi sunt cōstituti sub æquinoctiali qui circulus est haud procul a polo arctico. Vterq; axis: arcticus & antarcticus: quia ipsis sphaera est recta: cū circuli quinque sint sphaere uidelicet arcticus: antarcticus: æquinoctialis: hyemalis: & australis: ipsi sunt constituti in æquinoctiali: quia sub meridie sunt. Fuga signorū: spaciū signorū est a terra remotū ideo fugere uidet sub utroq; orizonte suo & nostro. Stabant ante fores populi. nūc dicit ad hoc templū multarū nationū gentes conuenisse: ut responsa rerū suarū peterēt: & simul atq; catonē uiderūt: ueneratiōe quadā moti statim ipsi cesserūt.

Eos: oriēs dicitur aurora & oriēs. Noua fata. i. responsa regū nouarū. Explore. tētet periculū faciat si uera sint oracula: quæ fama per totū orbē uulgauerat. quod ibi uera & certa responsa darēt. Maximus hortator: sed inter ceteros hortatores præcipuus erat labienus qui aliquādo tribunus plæ. fuit & militauerat sub Cæ. deinde quod pars melior uideret pō. & senatus relictis signis Cæ. trāsiiuit ad pō. Euentus rerū. i. ciuilis belli fortunā. Voce: oraculo: Sors obtu. o cato fortuna ipsa uoluit: ut ad hūc locū uenirem? ubi possemus certa oracula accipere de rebus futuris nunquid aliquando nostris legibus uiuere debeamus an bella ciuilia ne quæquā suscepimus. Numinis. i. iouis ammonis. Consiliūq; dei: quia cōsulere potes oraculū iouis. Tanto duce: ioue ammonē. datos casus. id est qui casus nobis debentur. prosperi an aduersi. Nam cui crediderim: nec dubium est quin uera responsa habiturus sit a ioue in quo summa semper sanctitas fuit. Certe uita tibi

Mergi palustra putas nullūq; in uertice sūmo  
Sic habes imune maris: procul axis uterq; est  
Et fuga signorū medio rapit omnia cælo  
Stabant ante fores populi quos miserat eos  
Cornigeriq; iouis monitu fata noua petebat  
Sed latio cesserit duci. comitesq; catonem  
Orat exploret libycum memorata per orbē  
Numina de fama tam longi iudicet æui  
Maximus hortator scrutandi uoce decet  
Euentus. labienus erat: sors obtulit inquit  
Et fortuna uia tam magni numinis ora  
Consiliumq; dei: tanto duce possumus uti  
Per syrtes: belliq; datos cognosceret casus  
Nā cui crediderim supos arcana daturus  
Dicturosq; magis quā sancto uera catoni  
Certe uita tibi semper directa supnas  
Ad leges. sequrisq; deum dat ecce loquendi  
Cum ioue libertas: inquit in fata nefandi  
Cæsaris. & patriæ uenturos excute mores  
Iur suo populis uti legumq; licebit.



ostēdit ip̄m semp obsequentē fuisse diis. Ad leges: nūq̄ iura diuina uiolasti. Deū. i. uolūtate dei. In aduersus. Execute: exquire diligēter. Mores patriæ: nūquid in libertate uicturi sumus: an in fuitute. Suo: pprio iure.

An bellum ciuile p̄t tua pectora sacra  
 Voce reple: & duræ saltem uirtutis amator  
 Quær quid ē uirt⁹ & posce exēplar hōesti  
 Ille deo plenus tacita quem uoce gerebat.  
 Effudit dignas aditis e pectorū uoces  
 Quid quærī labiene iubes. an liber in armis  
 Occubuisse uelim: potius q̄ regna uiderē  
 An sit uita nihil: uel longa an differat ætas.  
 An noceat uis ulla bonis: fortunaq; p̄dat  
 Opposita uirtute minas: laudandaq; uelle  
 Sit satis & nunq̄ successu crescat honestum  
 Scimus & hoc nobis nō alti⁹ inseret ammō  
 Hæremus cuncti sup̄is: temploq; tacente  
 Nil agimus nō sponte dei: nec uocibus ullis  
 Nūen eget. dixitq; semel nascētibus auctor  
 Quicquid scīr licet steriles nec legit arenas  
 Ut cæci ex paucis. merisitq; hoc puluerē uerē  
 Estq; dei sedes ubi terra & pontus & aer:  
 Et cœlū. & uirt⁹ sup̄os quid q̄rimus ultra  
 Iuppiter ē q̄dcūq; uides: quodcūq; moueris  
 Sor̄ legis egeant dubiū: sempq; futuris  
 Casibus ancipites: me non oracula certum  
 Sed mors certa facit pauido fortiq; cadēdū ē

¶ SVLPI. Sacra: diuina iouis. Reple: hæc labieno dicēte cū Cato gestu recusaret se uelle de futuris scrutari q̄ leuis & nauis uideat: nā si futura sunt uitari non possunt si nō futura: curanda nō sunt. labienus hoc ut minimum ei suadere tentauit: ut exploraret quid esset uirtus & eius exemplū esflagitaret nā si uirtus est pro patria & libertate pugnare gratū diis esse debet q̄ ipsi agunt & Cæ. est succubiturus. Ille: Cato qui quodā numē gestabat in animo. Aditis: penetralibus iouis aut phœbi. Quid queri: improbat. Labienū quoniā non sit op⁹ explorare quæ sunt p̄sertim stoico exploratissima. Regni: tyrannidem. An sit uita nihil: nam nostrū istud uiuere & spirare: siue breui siue diu duret nihil profecto est: sed est plane mors animorū q̄ sunt demersi in carcere corporis: & ætatis longitudo ī nullo a breui differt nisi in moribus. An noceat: nocere possit. Sapiēti. n. uis inferri non potest: & fortuna sapienti nequit obesse. & quāquā uideat affligere tamē sapiens ipse: uirtutis suæ conscius semp beatus & fœlix est uel in Tauro phalaridis. Perdat minas: q̄ nocere pōt. Velle laudanda: honestū optare ad ipsumq; tota mente etiā si cōsequi nō possimus. Successu crescat: felicitate & suffragiis augeat nam oīs recta actio si fauoribus destituat recta est: si foueat honestior nō efficitur. Altius: p̄fundius firmitus. Hæremus: iuncti sumus: & loquit̄ secundum illos qui dicunt animū nostrū esse particulam dei: qui cū omnia moueat etiā cogitata nostra ip̄m nō latent: eiusq; permissum agim⁹ omnia. Temploq; tacente: etiā si ammō nihil respondeat. Nec eget: non opus est loquat̄. Auctor: sumus opifex. Quicquid scire licet: quicquid uere possunt homines scire. Nec legit arenas: nec solus hic locus sed totus mundus omnisq; uirtutis actio est dei sedes. Ut

caderet pacis: uaticinaretur huc uenientibus. Merisit: oculit: nam etiā alibi ueritas est. Estq; dei sedes: deum toti mundo inesse dicit. Sic & Virgi. principio cœlum ac terras camposq; liquentes lucentemq; globū. Tītaniaq; astra Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus Mens agit molē & magno se corpori miscet idem iouis omnia plena. Et uirtus: etiā in mente exercentiū uirtutem & in ipsa uirtutis actione habitat deus. Iuppiter est quodcūq; uides. Sic enim per omnia diffusus est potentia sua: ut quicquid est: possit dici deus. Sor̄ legis: diuinatoribus. Ancipites casibus: per pendentē a casu & fortuna. Oracula: responsa quæ possunt illudere. Mors certa: quæ neminem præterit. quæq; unicuiq; iminet.

¶ OMNIBO. An bellum ciuile. idest an frustra bellum ciuile gerimus pro libertate quā reparaturi nō sumus. Voce. s. iouis. Duræ saltem uirtutis. & si de rebus futuris quærere nō est tibi curæ: saltē quære quid est uirtus. & ut tibi aliquid uirtutis p̄ponat̄ exemplū. Ille nō opus erat: inquit: ut cato sciscitaret oracula. nā ipse tota mente deū cōceperat. Dignas uoces: hoc est nō aliter respōdit. quā si deus esset qui oraculum ederet. Aditum locus secretus quo nemini nisi sacerdoti adire licebat a priuatiuū est ingrediōr. An liber in armis: iubes ne quærī ea q̄ manifesta sunt omnibus. Occubuisse uelim: q̄ satius est mori liberū. quā uiuere seruum. An sit uita: breuius an longa: uita enim quantūlibet longa sit. breuius ē. An differat ætas. siue adolefcens fueris: an iuuenis an senes nō uita differt sed differunt mores ætatis. An noceat uis. q. d. manifestū est uolentiā fortunæ: aut temporis nō posse nocere bonis. Opposita uirtute iuuenalis nullū numen abest. si sit prudentia: sed te nos facimus fortuna deam cœloq; locamus. Laudāda. scilicet iubes queri. Sic siue honestū consecutus fueris: siue nō sufficit: quod ad illud tota mente feraris. Successu. felicitate. Scimus. scilicet quæ ad uirtutem pertinent. quia dixerat superius Labienus quare quidem uirtus. Hæremus in timur stabiliti sumus. Superis: omnes a deo defendimur: instruit ipse nos quid facere debeamus. Temploq; tacente: etiam si nullum oraculum fuerit hoc scire possumus: nil agere homines: nisi ex uoluntate dei ergo etiam male faciemus sponte dei: sed uolūtate dei duplex est: potestatiua (ut aiunt Theologi) & permissiua: cū male agimus: permittit nō quod ei placeat: Potestatiua dicitur: quia posset prohibere. Nec uocibus ullis: non opus ē: ut nobis deus dicat quid sit faciendum: unum tamen nos: scire uoluit: omnibus semel moriendum esse. Auctor: uidelicet deus cum daret rationem omnibus nil gentiū consistere: quod ipse declarat in fine orationis



dicit: me non draacula certū sed mors certa facit. pauido fortiq; cadendū est. Steriles nec legit harenas: nam ubiq; curam rerum humanarū habet: & sub noīe iouis uerū deum sentiebat Cato. Hoc puluere. i. in hac harena allusit ad nomen iouis ammonis. Estq; dei sedes: præterea non hic solū est deus: sed ubiq; est potentia quid enim sedes est dei: nisi pontus terra. aer: uirtus. Nisi uirtus: in his omnibus rebus deus est Aratus poeta scripsit

pleni sunt iouis omnes: quidem uitis mœsti plenū est mare laeus pleni: & omnes ubiq; utimur deo secundū hunc sensum Arati loquit hoc loco Lucanus dicens dei sedē esse pontū: aerem terrā: cœlū & uirtutē. Superos quid quærimus: cum dii sit in nobis ipsis. Quodcūq; moueris: nā deus ipse est spiritus sine quo nihil mouet aut regit. Et quid nos mouet: anima: quæ data est nobis adeo: sed in hoc non nihil errauit: quasi uellet animā esse deū secundū pythagorā qui dicebat animā esse pte diuini spiritus: secundū quē locut<sup>9</sup> est Vir. igneus ē illis uigor & cælestis origo. ita diffiniebant illi deū esse .i. ignē sensibilē: hunc uigorē sacratū igni dicebant esse originē animarū: sed sequere hoc in loco. si anima est pars diuini spiritus. ergo anima naturaliter est deus quod falsum. nā pars sequit suū totū. Dubii. s. f. qui incerti sunt rerū futurarū: illi responsa petant ergo at scio quid futurum est res. n. cū uirtutibus prospere cedunt: et si aduersæ contingerent: tñ conscientia recte factorū loco beatitudinis & instar sibi felicitatis est. Vir. illud idem ostendit paucis uerbis. Quæ uobis quæ digna uiri pro laudibus istis: præmia posse rear solui pulcherrima primæ dii moresq; dabunt uestri: sed mors quæ certa est facit me certū. s. semel nascentibus moriendum esse.

⊕ SVLPI. Dixisse: dicēdo aperuisse. Seruata fide: salua crudelitate populorū de Ammone quæ noluit explorare ne fidei in eū derogaret. Non exploratum: intentatū an uerus an falsus esset. Pedes: ambulās nō uectus. nā ut ait plutarchus septē cōtinenter diebus iter fecit ipse semp absq; equo & uehiculo agmē pcedens. Ora anheli militis: hoc est militē anheli oris. Monstrat exemplo suo supinus: superbus nō uehitur ceruicibus hominū nō curru. Stat dum lixa bibat: expectat donec biberit etiā qui miles nō est Lixa. n. hi sunt qui aquā ad tentoria uehant. Nam lixā aquā ueteres dixerūt unde sit elixare aqua coquere ut ait Nonius: Festus uero inquit eū eē qui questus gratia exercitum sequit: dictumq; a licendo q; cū sic extra ordinem militie liceat ei quicquid libet. Si ueris. Catonē omnīū hominū præstantissimū fuisse argumentatur: q̄q; alii plus fortunæ habuerint. sed ipse in uirtute excelluit omnibus estq; colēdus pro numine. Veris bonis: uirtute ipsa aqua pficiscitur laus. Et si successu: & si consideraū pura uirtus sine fauore: atq; fortuna laus quæ Catoni tribuit ex uirtute fuit in maiorib<sup>9</sup> ex fortuna. Marte secundo: uictoria & cede hostiū. Nomen famā & gloriam quantā Cato. Hunc ego. malim ego inquit hanc Catonis laudem q̄ tres pō. triumphos & unū Marii de iugurtha rege numidarū qui in triumpho ductus & e capitolina rupe præcipitatus est.

⊕ OMNIBO. Satis est dixisse. s. moriendū esse forti & pauido. Sic ille profatus: hæc ubi dixit: cato ex tēplo discessit & fidei ammonis oraculo derogare nihil uoluit. Non exploratū: a se quia noluit ipse periculū facere: uerum oraculū esset: nec ne. ipse manu sua: nūc ostendit ipsum optimi nō imperatoris solū: sed militis officio usum: nā sua ipse arma gestabat: nō ministro: nō equo: nō uehiculo usus. Pedes: nō equo uehebatur. Militis anheti. i. anxii: ut uix spiritū trahere posset. Monstrat tollerare labore: dū ipse primus inserit laboribus. Non iubet: satius est e laborando exemplū proponere aliis quid facere debeant: quā imperare. Supinus: sublimis. Nulla ceruice: quia nō patitur ut se humeris gestent milites. nā principes Ro. ad hanc luxuriā uenerant: ut lecticarios haberent qui lectica eos quocūq; uehebant: ut in epistola seruii. Sulpitii. coactus sū illū in urbē meis lecticariis deferre. lecticarii autē erant: qui lectica uehebant Ro. principes quarū aliæ dicebant hexaphori: quæ a sex. aliæ octaphori quæ ab octo seruis gestabant. Carpentōq; sedens: carpentū genus est uehicoli. Parcissimus. continētissimus. Ultimus haustor aquæ: & cū casu aliquo offerrentē fontes rarissimi sunt in ea regione semper ultimus erat qui biberet. Indiga: indigens. Stat expectat quo ad et gregarii milites bibant: imo uero lixa: lixa dī minister q; aquā coquo suppeditat nā antiquus lixa aqua dicebat. uñ elixare est aqua madefacere: Si ueris magna: nūc p comparationē Lucanus laudat catonē. ondit. n. Catonis uerā uirtutē fuisse cetera q̄ in aliis principibus Ro. laudant fortunæ magis tribuenda esse: q̄ uirtuti. Fortuna fuit: pter q̄ in Catoni. Successu: felicitate remota: secundum stoicos q; solū bonū in uirtute constituunt: nā hic stoicus erat ergo dicebat uirtutē ipsam satis esse ad bene beateq; uiuēdū: et si omnia aduersa contingerent: hic pprie ad uirtutē accedebat: nisi q; in uirtute felicitatē esse uolebat: nā uirtus nō est felicitas: sed p eā ad felicitatē puenit. In ullo maiorū: aliquo antiquorū quicquid laudat ut in Scipione fortuna fuit: nā laudat

Hoc satis est dixisse iouem: sic ille pfatus  
Seruataq; fide tēpli discedit ab aris  
Nō exploratū populis ammona reliquit  
Ipse manu sua pila gerens: præcedit anheli  
Militis ora pedes: mōstrat tolerar labores  
Non iubet & nulla uehit ceruice supinus  
Carpētōq; sedēs: somni parcissimus ipse est.  
Ultimus haustor aquæ cū tādē fonte repto  
Indigna cogat latices potar iuuentus.  
Stat dum lixa bibat si ueris magna parat  
Fama bonis & si successu nuda remoto  
Inspicit uirtus: quicquid laudamus in ullo  
Maior fortuna fuit quis marte secundo  
Quis tantū meruit populorū sāguine nomē  
Hūc ergo p syrtes libyēsq; extrēa triūphū  
Ducei maluerim. q̄ ter capitolia curru  
Scander pōpeii. q̄ franger colla iugurthæ.



quod speciosas uictoria: triumphos atq; trophæa de hostibus reportauit: sed hæc uictoria consistit in fortuna maiore parte sui. Et Ci. cum de his rebus disputaret. quæ in uno imperatore diligendo quærenda sunt: fortunã inter cæteras posuit: magnã enim sibi partem in rebus bellicis fortuna uendicat. Quis Marte secundo si confere uolueris uirtutẽ catonis cum uirtute aliorũ principũ: qui res magnas bello gesserunt inuenies Catonis maiorẽ laudẽ fuisse: nullã enim ptem sibi fortuna uendicauit. Tantũ: quantũ meruit Cato. Marte secũdo: rebus bello feliciter gestis. Populorũ sãguine: cæsis fugatisq; hostibus. Hunc ego p syrtes dubitari non potest quin uersus ex animo scrip sit Lucanus quia uirtute Catonis afficiebat. Maluerim: p maluissem. Libyãq; extrema: per sitientẽ Libyam. Quã ter capitolia curru scandere. idest quã ter uictoriã huiusmodi consecutũ fuisse qualẽ pō. qui ter triumphauit & quã consecutũ fuisse uictoriã. C. marii qui de uicto iugurtha triumphauit: & ipsum ante currum captiuũ duxit. Frã. colla. idest ceruices & superbiam iugurthæ qui cum in carcerem & uincula coniectus esset: post aliquot dies senatus consilio de saxo tarpeio precipitatus est.

Ecce parens uerus patriæ dignissimus aris  
 Roma tuis: p quẽ nunquã iurã pudebit  
 Et quem si steteris unquam ceruice soluta  
 Nunc olim factura deum. iam spissior ignis  
 Et plaga quam nullã supi mortalibus ultra  
 A medio fecer die calcat. & unda  
 Rarior: inuentus mediis fons unus arenis  
 Largus aquæ sed quẽ serpẽtũ turba tenebat  
 Vix capiente loco: stabant in margine sicco  
 Aspides. in mediis sitiebãt dipsades undis  
 Ductor ut aspexit pituros fonte relicto  
 Alloquit. uana specie conterite lethi  
 Ne dubita miles tutos haurire liquores  
 Noxia serpentũ est admisto sanguine pestis  
 Morfu uirus habent & fatũ dente minatur  
 Pocula morte carent dixit: dubiũq; uenenu  
 Hausit & in tota libye fons unus arena  
 Ille fuit: de quo primus sibi posceret undam  
 Cur libycus tantis exundet pestibus aer  
 Fertilis in mortes: aut quid secreta nocenti  
 Miscuerit natura solo. non cura laborq;  
 Noster scir ualet: nisi q; uulgata p orbem  
 Fabula p uera decepit sæcula causa.

tuis deis. Per quem nunquam iurare pudebit: iurare per aliquem est ipsum quasi deum colere & uenerari: ut horatius iurandasq; tuum per numen ponimus aras. Ceruice soluta. idest si unquam libera fueris. Iã spissior ignis. nunc redit ad propositum postquam laudauit uirtutem catonis dicit iam eos ad eam partẽ libyæ peruenisse ultra quam progredi non licebat: iam enim sub ardenti zona esse incipiebant Et plaga quam: circulus spæræ medius æquinoctialis est: & in extremo duo circuli sunt a septentrione arcticus: a meridie antarcticus: hi circuli sunt frigidissimi qui appellantur zonæ frigidissimæ inter æquinoctialem arcticum & antarcticum duo sunt circuli. uidelicet zonæ habitabiles hominib; hyemalis: & australis: in qua hyemali nos sumus in australi sunt afri. dicit ergo q; ad ultimã hanc zonam puenerant: ut ulterius pgredi non possent: & ea erat feruentissima regio australis siue æstiuã. Ultra. i. supra. Mortalibus a. quia postea est feruentissima ultra quam transiri non pōt. Medio die: a meridie. Vnda rarior unũ sequit ex reliquo: ubi inferior est calor ibi rarior est unda. Largus: abundans. Stabant in margine sicca: quia seuiantes ueneno serpẽtes humida loca quærunt. Aspides: genus serpentum lethiferum. Dipsades: sunt serpentes sic appellatæ ab eo q; faciunt. nam quem morfu ueneno afflauerint: statim tanta siti laborat: ut satiari non possit. n. significat sitio. Ductor ut asp. ad fontem uenerat Cato cum suis & quanquã siti arderent oēs tñ metu ueneni aquã haurire nõ haudebãtq; ubi uidit cato: ad hortat; e eos ad hauriendã aq. q; diceret serpẽtes aq; inficere nõ posse. Pituros: si nõ biberet. Vna specie. q; putaret serpẽtes aq; inficere. Tot; sine metu ueneni. Noxia: tũc inqt nocet

CSVLPI. Aris tuis: templis quæ erigas ei. Nũquã pudebit: ut pudet per Cæ. qui scelestus fuit ille uero iustus atq; diuinus. Ceruice soluta: liber a tyrannide. Factura deum: in deos relatura. Quem hunc: quem illum relatiuum demonstratiuo cõiunxit ut apertius indicaret. Iam spissior ignis calcatur: per uahemëtioris æstus loca iam eunt ultra quæ nulla hominibus habitabilia esse dicit. Et unda rarior. idest quæ rariores habet aquas unda ablatius est. Aspides: serpentes scutum significat eoq; dicta quod dicta ad caput regendum reliquo corpore pro scuto utitur: & defendo significat. Dipsades: dipsas siti iterficis dicta a quod est sitis uel a suo. Fonte relicto: idem si nõ biberent. Vanã specie: uana apparentia & opinione. Noxia serpentum: serpentes inquit morfu necant: non inficiunt aquas tactu aut gustu. Pestis: uenenum. Admisto sanguine: quum sanguini nostro uirtus miscetur. Dubium: nondum enim compertum habebat an non noceret. Venenum: aquam hoc loco. Cur libycus: cur abundet serpentibus libyæ nosse inquit non possumus: nisi fictæ fabulæ fidem adhibuerimus ex stillis capitis medusæ quod perseus uolans super libyem tulit exortas esse. Naso in metam. quarto. Cũq; super libycas uictor penderet harenas Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ Quas humus acceptas uarias animauit in angues: Vnda frequens illa est infectaq; terra colubris. Exundet: abundet. Nocenti: feraci serpentium. Noster: metus nam ut horatius ait Nec scire fas: est omnia. Pro uera cã: p uera rone.

COMNIBO. Ecce parens uerus: apostrophat ad Ro. dicēs: si quis unquam fuit qui iuste in deorum numerum constitueretur: hic certe fuit: hic uerus est parens quem pro deo colas o Ro. Aris: idest dignissim;



serpentes cum uenenū infuderint: & sanguinē corruperint. Dente: non at habi:ates in undis. Pocula morte carant: non. n. ueneno infici pōt aqua: tametsi in ea uersent serpentes. Dixit dubiūq: & ut maiorē fiduciā faceret militibus. ipse aquā primus bibit: alibi semp extremus. Cur libycus tantis: dicit humana cura humanusq: labor scire non pōt cur ita frequentēt libyem serpentes: & eam nocentē faciant: sed ego inquit sequor antiquā poetarū samā: qui dicunt serpentes de capite sanguinis medusæ tunc emanasse cum per eam regionem perleus uolans medusæ caput gestaret. Quid: ob quā rem. Libycus: & quasi rationē quandā tetigit cū diceret libycus aer: quia ibi arbores sunt intēsiōres serpentes gignunt sauiōres. In mortes: impestiferos serpentes. Secreta: arcana. nā ueri casus scire nemo non pōt. Nisi q̄ uulgata: præterq̄ q̄ fabula uulgata est quā p̄ uera deceptum uulgus accepit.

¶ SVLPI. Finibus extremis libyes: ad mare athlanticum cōtra p̄montoriū q̄ uocat hēsperiō ceras. sunt insulæ Gorgades gorgonū quondā domus bidui nauigatione distantes a continente Gorgones aut tres Stenio Euriale & medusæ phorci & Cetus filia: tanta deformitate monstra: nā solū unū oculū quē mutuo sibi tradebāt cōmunē hēbant & hydros p̄ crinibus gerebant: seq̄ aspicientes in saxa uertebant. Sed perleus auxilio palladis & mercurii clypeo speculari & talariibus usus medusæ caput amputauit. Oceanum: oceanū fluctus. Phorcynidos: phorci filia: phorcus uero nepotuni p̄thoosæq: filius fuit. Squalebāt inculta & saxis aspera erant. Vultu dñæ: medusæ quæ oīa uisā uertebat in saxa. Conspectis: quæ aspexerat. Hoc primū: serpentes quos primū natura p̄duxit in medusæ capite apparuerunt nā minerua eius crines in angues conuertit quia in suo templo fuerat cōstuprata a neptuno ex quo pegasum peperit. Pestes: serpentes. Et faucibus e maxillis e quibus pendebant. Vibratis: celeriter agitatatis. Gaudētes: ipsis serpentibus. Depexo crine: pectine rarissimo explicitis & expressis serpentibus. Infelix: uel quia aliis pernitiōsa uel quia monstrū est. Impune: sine sensu doloris quæ statim regiebant in saxa quæ animam uelut sepulchro includebāt. Quis: nemo nā cū primū aspicerent non moriebant sed uertebant in saxa præclusis animis. Se: ipsam. Mori: dolorē mortis parit. Dubitantia: metu mortis. Præuenit: præoccupauit.

¶ OMNIBO. Finibus extremis liby. Phorcus tres filias ex cetho. genuit: uidelicet Medusam Sthenionē & euralē quæ gorgades insula habitabant: & hæ tres sorores pulcherrimæ unū oculū habuisse dicunt: quo mutuo utebant: tanta uero pulchritudine fuisse dicunt ut neptunus uisam in littore medusam amauerit: & statim p̄sequens usq: in templū palladis ardens eam subegerit: irata pallas medusæ crines cōmutauit in serpentes inicitq: tm̄ terroris in uultū ut oēs aspicientes ob stuporē uerterent in saxa Hanc postea p̄seus interemit quē ad eadē medusæ p̄fecturū pallas & cōsilio iuuit & ope. nā arpē dedit ei gladiū curuū quo caput & colla medusæ secaret: dedit & clypeū crystallinū p̄ quē uidere posset medusam q̄ dormientē aggressus fortissimo ictu detruncauit qui hanc fabulā interpretari uoluerūt. dicunt tres sorores p̄stantissima forma fuisse unū at oculū hūisse. i. speculū quo se ornatiores redderēt adeo ut quicūq: eas aspiceret: quasi attonit⁹ nimia pulchritudine corripere: & deperiret earū amore in blato speculo non habuerūt occasionē postea se ornandi: ut tantopere deciperent iuuenes obsciso igit capite medusæ cū talatibus. i. alatis calceris p̄ aera ferē p̄seus quæcūq: per libyē uolaret guttæ de capite medusæ manabant. ex quibus nati sunt serpentes. Finibus extremis. extrema libyæ uersus meridiē. Accipit oceanū: quia haud p̄cul ab oceano sol uergit. Phorcynidos: medusæ phorcynis filia: phorcys & phorcyn declinat. Squalebāt: erant sterilia & inculta. Cōa nemorū: frondibus arborū. Non mollia: quia subigi non poterant præ duritia: oīa. n. loca in saxa cōuersa erant aspectu medusæ. Vultu dñæ. i. oculis medusæ. Hoc primū natura: & caput hui⁹ uirginis primū crines habuit serpentinos & cuius sanguine deinde aliæ serpentes natæ sunt. Sauias pestes. i. serpentes. Ex faucibus. i. ex maxillis pendebant serpentes Vibratis linguis: quia tanta celeritate linguā mouent serpētes: ut cū una sit tres esse uideantur. Vibratis: celeriter motis. Fœminæ: quæ nutriunt cōas & eas p̄ colla dēittūt. Ipsa colla: p̄ ipsius medusæ colla. Flagellabant: colla ipsius pcutiebant. Surgunt aduersa: p̄ cinctis serpentes hēbat. Subrecta: sursum erecta. Vipereūq: fluit. nec necesse erat ut h̄ret pectines latissimis dentibus quia pectebat serpentinos crines: & cū deperteret de serpentibus fluebat uenenū. Hoc hēt infelix impune. dicit habuisse hoc unū medusam: quæ licebat oibus eam impune spectare quō impune: si statim in saxū uertebant: sed dicit iō oibus impune licuisse spectare: quæ dum spectarent: nihil metuebant quod. n. metuerent qui priusq̄ mala sua cognoscerent in saxa uertebant. Quis timuit. q. d. nemo. Quē qui: reddit rōnem quare nemo metuebat: nā anteq̄ metuebant uertebant in saxū: & duriciē saxi anima ipsa cōpressa tenebat. Quē. i. eorū qui eam intentis oculis in

Finibus extremis libyes ubi feruida tellus  
Accipit oceanum demisso sole calentem  
Squalebant late phorcynidos arua medusæ  
Nō nemorū p̄fecta coma: nō mollia sulco  
Sed domina uultu conspectis aspa saxis  
Hoc primū natura nocēs in corporē sauias  
Eduxit pestes. illis e faucibus angues  
Stridula fuderunt uibratis sibila linguis  
Famine qui morē comæ p̄ terga soluti  
Ipsa flagellabant gaudētis colla medusæ  
Surgunt aduersa subrecta fronte colubra  
Vipereūq: fluit depexo crine uenenum  
Hoc habet infelix cūctis impune medusa  
Quod spectari licet: nā rictus oraq: mōstri  
Quis timuit: quē qui recto se lumine uidit  
Passa medusa mori: rapuit dubitantia fata  
Præuenitq: metus: anima p̄ire retenta



spexit. Passa mori. q. d. nemine. Rapuit. d. fata: q. a. teq. timeret: insensibiles efficiebant. Fata. i. mortes eor. q. ea ispiceret. Praeuenit: q. morte praecipuebant anteq. medusam metueret. Anima retenta. s. duritie saxi.

**M**embra. nec emissae riguer sub ossib. ubra  
 Eumenidū crines solos mouer furores:  
 Cerberus orpheo leniuit sibyla cantu.  
 Amphytrionides uidit quū uinceret hydrā  
 Hoc mōst. t. uuit genitor. numeq. secundū  
 Phorce. aquis. cetoq. parēs. ipseq. sorores  
 Gorgones hoc potuit caelo pelagoq. minari  
 Torporem insolitū mūdoq. abducer terrā:  
 E caelo uolucres subito cum ponder lapsae  
 In scopulis haefer ferā uicina colentes  
 Aethyopū tota riguerunt marmoī gentes  
 Nullū animal uisus paties: ipsiq. retrorsum  
 Effusi faciem uitabant gorgonis angues:  
 Illa sub hespiis stantem titana columnis  
 In cautes athlanta dedit. caeloq. timente  
 Olim phlegreos stantes serpente gigantes  
 Erexit montes bellumq. immane deor.  
 Pallados e medio confecit pector gorgon  
 Quo postq. partu danaes & diuite nymbo  
 Ortum parrhasida uexerunt psea pennae

dius lib. iiii. persea quem pluuio danae conceperat auro. hanc fabulā & Ouidi. & oratius in odis explicant. Pennae parrhasii: talaria Mercurii arcadici citharae palestraeq. repertoris.

**COMNIBO.** Nec amissae: anteq. emitterent e corpor. Eumenidū: p. cōparationē oñdit monstrū hoc medusae: furiis fuisse tetrius ac atrocius: nā eumenides nihil aliud faciunt: nisi q. furorē immittunt. At medusa non furores immittebat sed sensus oēs afferebat. Solos fur. ut Athamanti: ut Herculi. Cerberus or. seuius et est hoc monstrū cerbero: quia orpheus cū ad uxore suā Euridicē recuperandā descenderet ad inferos cantu suauissimo citharae angues quibus colla cerberi circumdata sunt leniuit ut ad cantū eius tantisp. mansuescerent: sed hae nullo cantu mansuescebat. Amphytrionides uidit: hydra et mitior fuit anguib. medusae. nā hercules uidit eam nec in saxum conuersus est. Timuit genitor: uideet sibi cōtra dicere: nā superius dixit impune licet oibus spectare medusam: nūc uero dicit genitorē eius timuisse. sed facile q̄stio hae soluit: potuit quidē genitor anteq. uideret timere. s. ne ad cōspectū eius ueniret sed uiuendo: timuit nemo Numen scdm. i. a Neptuno: quia phorcus Deus est marinus. Parens. i. genitrix cetho: ipsaq. sorores: nā ex tetho & phorco natae sunt gorgones. Gorgones. s. metuerunt significat terribilē eo q. toruos oculos & aspectū habeant. Hoc po. pel. medusa oculis potuit: si mō uoluisset: q. c. q. d. sub caelo cōtinet in saxū cōuerture. Hoc. s. monstrū medusae. Pelago caeloq. si inspexisset caelum & mare in saxum conuertisset. Addu. ter. s. saxificando. In sco. hae. ferā et currentes medio cursu scopulis haeferunt ubi uisae fuerant a gorgone. Vicina co: gentes oēs quae uisae fuerant ab ea circa aethiopiā habitantes insigna marmorea uertebant. Rigu. ma. i. duruerunt in marmora. Ipsiq. re. & ipsi angues qui de capite eius pendebant: in aliam partē se auertentes uitabāt faciem eius. Illa sub hae. hae fuit quae athlantē gigantē in montē sui noīs conuertit qui altitudine sua dī sustinere caelum. Hef. co. i. gadibus hoc est iuxta calpē nā calpes montes fuerunt antea continuo iugo iuncti quos hercules diremit & aditū oceano dedit: qui deide Aphricā ab Europa separauit. Caeloq. ti. nō timuit ipsa gigātes q. aliquñ metū intulerūt caelo & ioui: nā ipos cōuertit in mōtes. Phlegraeos: q. in phlegra ualle fracta est gitantum machina. Stantes serpentes: quia serpētes pedibus stabant: sic. a. fabulae fingunt: nec caret rōne: nā historia hoc hēt q. diluuiū aduētate tpe deucalionis ps q. p̄sertim Boetiā uersus uergit submersa est ascenderūt in mōtes p̄nasum & citheronē sedato diluuiū: cū bellū iferrēt gētes q. superāt aliis regionibus: hi q. in mōte cōstiterāt ex aduerso mōte cū ascēderēt muniti pedes ferro uidebant serpētinos pedes hēre & ita fabulae dat. est locus q. serpētinis pedib. uiderent repe ex aduerso mōtis. Stātes: serpētinis pedib. uixi. Erexit idest conuertit in montes. Bellūq. im. nā medusae caput in umbone clypei pallas gestabat: & cū p ioue caeterisq. diis cōtra gigantes pugnaret clypeū obuertebat gigātib. in quo simul atq. gorgonis caput

**SVLPI.** Umbra: anima. Riguer. Compresse sunt. Eumenidū: horribiorē esse Medusam furiis cerbero hydraq. dicit. nā furiae conspectae solū furorē inducunt. Cerberus ab orpheo mitigatus est. & hydrā pugnans hercules uidit. hanc nemo cernere pōt nisi cū stupore ppetuo. Solos mouere furores: furiam tm. Lēiuit sibila: destitit sibilare. Amphytrionides hercules. Monstrū medusam. Scdm: post neptunum Ceto: monstrū marinū. Sorores: stēnio & curiale. Caelo pelagoq. uolucris & piscibus methonymia est quāq. de ipsis elementis loqui uidetur: sed mox declarabit Torporē: ut in saxa torpescerant. Terrā: terrenos homines. Cū pondere: q. axeae. Ferā: tā terrestres q. marinas intelligit. Riguerūt marmore: duruerūt in marmor. Patiens uisus: pōt impune uidere. Athlanta titana: athlantē titanis filiū quē uertit in montē. Sub colūnis: ultras Calpē & Abylā. Caeloq. timete: quū dii gigantes metuerent medusae caput q. a pallade in pectore gerebat eos in montes conuertit & ita finitū est bellum. Stantes serpente phlegreo: insistentes pedib. serpentinis apud phlegrā. Thessaliae uallē: ubi pugnātū est: dicunt at gigantes serpenti pedes quia ad imis ad summa qua si reptare sunt uisi. Erexit mōtes: cōuertit eos in montes. Gorgon: medusae caput in munimēto pectoris. i. egide palladis. Cōfecit: finiuit quia eos uertit in saxa. Quo ad quem locū uidelicet ad gorgadas postq. puenit pseus. Danaes iouisq. fili. recidit caput medusae. Diuite nymo: ioue qui se in nymbū aureum uerterat: ut cū danae acrisii filia rē habere posset. Qui



uidissent. statim conuertebant in montes. Immane. impium sacrilegū. Bellū deorū. q̄ contra deos gerebāt gigantes. Consecit. perfecit ad exitum deduxit. Et medio pectore. gorgon quæ ex umbone Aegidis eminebat. Quo postquā partu. nunc redit ad fabulā: quō perseus auxilio palladis & Mercurii hanc gorgonem obtruncauerit. Quo. i. ad illam partē aphricæ ubi gorgon & sorores habitabant. Ortum diuite nymbo. i. natum auro q̄ in formā & speciem imbris ceciderit in gremiū Danaes Acrisius pater Danaes cū accepisset q̄ uulgatū erat iouem insidias facere puellis. filiam suā turri ferrea inclusit. ne posset corrumpi. sed quāpōt aurū accedere. nihil tectū est. sic et dicere solebat pelopides. nullū locū tam munitū esse quo nō iumentū one ratū accedere posset. i. iumentū auro & pecunia onustū. ita & turris. quāuis ferrea esset. tñ aurū accedere potuit. cū fabula significet iouē in spēm imbris aurei cecidisse in gremiū Danaes. significat q̄ seruos eius auro corruerat. & eo imbre grauida facta est. ex qua natus est perseus. Pa. i. arcadiæ nā parrhasia pars ē arcadiæ in q̄ natus est Mercurius. Par. pen. i. Mercurii pēnæ nā talaria cōcessit Mercurius perseo sunt at alati calcei. quibus impositis Mercurius celeriter uolat.

¶ SVLPI. Liquidæ. oleo unctæ. Et subit⁹ præceps & perseus subito uolucer. Præpetes dicunt aues quæ p̄spero augurio locū idoneū & quæ patulis alis & alius uolant captant. Harpē cyllenida. in curuū Mercurii gladiū. Monstri. argi qui centū oculos hēbat quiq̄ Ion uaccam seruabat ut est in primo metha. Iuuecæ. ius quæ fuerat in uaccā a ioue cōuerſa ne cū ea depræ henderet a iunone. Innuba: uirgo non nupta Auxiliū nā ei concessit scutū specularē æneū & modū pugnādi docuit. ea lege ut illius ad ipsam capit p̄ferret. Fratri. perseo iouis filio & cuius capite ipsa armata p̄siliit. Libyſſæ: libycæ. Sulcantē: uolatu diuidentē. Auerſo: retrouersus ipse ne os eius conspiceret: & ipsa medusa in clypeo speculari se cerneret & statim lethali somno corripere. Tractur⁹ quietē p̄ductur⁹ somnū. Obruit oppressit extinxit. Protentis crinibus: eminentib⁹ serpentibus qui p̄ crinibus erant. Oculiq̄ tenebras. i. sedem oculi iam tenebrosam: nā oculū dum alteri trade retur: perseus supposita manu furtim subtraxerat dormientēq̄ ipsam & serpētes ferro inuasit ut scribit Ouidi. Dirigit: ut recte feriat. Quos: q̄ horrendos. Ferri lunati: harpes recuruæ. Oculos serpentū. Potest: sustinet. Gelassent: i. saxū uertissent. Ora: medusæ. Aliger: perseus. Gorgone. capite medusæ.

¶ OMNIBO. Auctoris citharæ. i. Mercurii quē dicunt fuisse inuentorē citharæ & palestræ: citharā quidem inuenit sed eam dono dedit phœbo: nā cum per littora maris erraret Mercurius dī. testudinē aridā inuenisse. & illius neruos baculo tetigit: quibus tactis sonum dedit itellexit ad testudinis similitudinē citharā posse fieri: unde testudo et dī cithara. Liquidæ palestræ: oleo unctæ nam oleo uncti iuuenes palestra ludabant. Præceps: subitus. i. factus uolucris. nā p̄petes aues dicunt quæ uolatu auspiciū dare solebant: sicut oscines quæ garitu & uoce futura significant. Harpem cyllenida. i. Mercurii qui colliē in cyllene monte arcadiæ: harpe est gladius in curuus. significat falcem. Harpem: anadiplosis est. Alterius monstri: argi qui centū oculos habebat: iam antea argum occiderat. Mercurius iussu iouis sicut in fabulis habet. Fusio. cu. argo occiso. Iuuecæ. iouis. Fratri. i. perseo nam perseus & pallas filii sunt iouis. Innuba: quæ p̄petuam uirginitatē seruauit. Pacta. ut occisa gorgone caput eius sibi dono daret. Terræ: libyſſæ a libya sit libycus libyſſus & libyſſimus Catullus. Non te lena montibus libyſſimis. In fine. iuxta athlantē ibi. n. habitabat gorgon. Aduerso: infesto uolatu. Et clypeum. ecce auxiliū Quā so. pallas in soporē resoluit medusam. ut eam cōmodius obtruncare posset perseus: Tractur⁹ inducturus. Morte qui. nam futurū erat. ut dormiens occideret a perseo. Protē. eminentes. Pars ia. i. dormit: Oculiq̄ te. i. iacet in oculū clausum & allusit ad fabulā: unū. n. tantūmodo oculum gorgones habuisse dicunt. Cyle. har. Mercurialē. Dirigit. s. in corpus gorgonis. Quos habu. uul. admirantis est non interrogantis quasi dicat quā terribiles: quā toruos habuit uultus. Hamati ferri: est descriptio harpes. Ora. s. gorgonis. Effundere oculos: quia oculi eius mutati in morte terrorē inferebant. Nec pallas: adeo monstrū illud terribile: fuit ut nec pallas quidem spectare potuerit. Uultusq̄ gelassent: & haud multū absuit quin & ipse perseus conuertere in saxum. nisi pallas statim uultus crinibus serpentinis texisset. ne uidere posset perseus. Celassent: reſquissent tanq̄ gelu. Aliter in cœlū: sic Medusam obtruncauerat perseus & auxilio talaris sublimis uolare cœ

Arcados auctoris cytharæ liquidæq̄ palestræ  
Et subitus præceps cyllenida sustulit harpē  
Harpen alterius monstriam cede rubentem  
A ioue dilectæ fuso custode iuuenæ  
Auxiliū uolucris pallas tullit innuba fratri  
Pacta caput monstri: terræq̄ in fine libyſſæ  
Persea phœbeos conuertit iussit ad ortus  
Gorgonos aduerso fulcātem regna uolatu  
Et clypeum lenæ fuluo dedit ære nitentem  
In quo saxificam iussit spectare medusam  
Quā sopor æternā tracturus morte quietē  
Obruit haud togā uigilat pars magna cōas  
Defendūtq̄ caput protentis crinibus hydri  
Pars iacet i medios uultus oculiq̄ tenebras  
Ipsa regit palas trepidū dextraq̄ tremente  
Perseos auersi cyllenidra dirigit harpen  
Lata colubriferi rumpens confinia colli  
Quos habuit uultus lunati uulnes ferri  
Cæsa caput gorgon. quāto spirasse ueneno  
Ora rear: quantūq̄ oculos effunderet mortis  
Nec pallas spectare potest uult⁹q̄ gelassent  
Perseos aduersi. si non tritoniam densos  
Sparisset crines texissetq̄ ora colubris  
Aliger in cælum sic rapta gorgone fugit



perat: secū cogitās iter q̄ factur⁹ esset. & breuius q̄dē uidebat: si p̄ Europā trāsiret. Verū pallas noluit infici terras fœcūdas frugib⁹: sed cū trāsire iussit p̄ libyem arenosam: & hæc cā est cur regio illa serpentib⁹ abūdat q̄ .n. aerē fulcādo uolabat ea guttæ sanguinæ de capite Medusæ ceciderūt quæ in serpentes cōuersæ sunt.

Ille quidē pensabat iter. p̄piusq; secabat  
 Aera. si medias europæ scinderet urbes:  
 Pallas frugiferas iussit non lædē terras  
 Et parci populis: quis enim nō præpete tātō  
 Aethera respiceret zephyro conuertit̄ ales  
 Itq; sup libyen. quæ nullo consita uultu  
 Siderib⁹ phœboq; uacat: p̄mit orbita solis  
 Exuritq; solum. nec terra celsior ulla  
 Nox cadit in cœlum lunæq; meatib⁹ obstat  
 Si flexus oblita uagi p̄ recta cucurrit  
 Signa. nec in boreā aut in notō effugit ūbrā  
 Illa tamen sterilis tellus fœcundaq; nulli  
 Arua bono: uirus stillantis tabe medusæ  
 Concipiūt: dirosq; fero de sanguine rores  
 Quos calor adiuuit putriq; incoxit harenæ  
 Hic quæ priā caput mouit de puluerē tabes  
 Aspida somniferam tumida ceruice leuauit:  
 Plenior huic sanguis & crassī gutta ueneni  
 Decidit: in nulla plus est serpente coactum  
 Ipsa calorē egens gelidū nō transit in orbē  
 Sponte sua: niloq; tenuis metit̄ arenas  
 Sed quis serit nobis lucri pudor inde petunt̄

transire: uidebat quidē iter breuius fore. Propius: breuius & cōmodius. Sed pallas fru. quia Europa oīum rerum ferax & ideo pci iussit europæ. Populis: habitantib⁹ europā. Quis. n. non p̄pete tanto: duabus rationibus p̄cebat Europe primū ne guttæ sanguinæ in serpentes conuersæ caderent in Europā. deinde ut nemo suspiceret uolare tm̄ alitem. nam caput medusæ q̄ gestabat uidentes: in saxa conuersi fuissent. Respiceret: suspiceret. Præpete tan. q. d. oēs suspexissent cum uidissent tantæ magnitudinis auē. Conuer. ze. i. occidentem uersus. Itq; super libro & monitu palladis iuit sup libyē. Consita. plantata. Syde phœboq; ua. i. calorib⁹ tm̄ solis occupata est Premit. f. eam ptem libyæ. Nec. t. cel. ul. hoc ideo dicit quia terra uicina est soli: nā omne rotundū tumet in medio. ideo altius umbra terra cadit in cœlum quō cadit immo ascēdit: cadit at̄ dixit: respiciens ad nostrū orizontē: nā humilior est & umbra cadere uideēt quæ in nostro orizonte est: dicit autē umbram terræ in cœlum cadere: & inter lunā & terrā umbrā cadentē lunæ intercipere lumē & facere eclipsim eminentia. n. terræ umbra sua lunæ lumen intercipit: & eclipsim facit ideo quotienscunq; sub ecliptica linea fuerit linealiter: tunc umbra intercipit lumen & eclipsim facit. est at̄ ecliptica linea medium zodiacum diuidens. ita ut sex gradus zodiaci ex altera parte p̄maneant. & totidē ex altera: itaq; ab Ariete usq; ad finē uirginis: signa illa appellant̄ septentrionalia: deinde a uirgine uel libra usq; ad finem piscis appellant̄ meridionalia: sed aliqñ sub ecliptica sunt. quotiēs sol & luna sub illa fuerit linealiter statim eclipsis efficit̄. ecliptica d̄ ad deficio: quia lumen solis & lunæ deficit cum sub illa linea fuerit. Lunæq; meatibus obstat quia uaga iter suum facit luna: modo meridiem. modo septentrionē uersus ideo declinat a sole. nam nisi ita uergeret: modo in dextrā modo in sinistrā. & sub ecliptica linealiter esset frequenter eclipsim faceret. nā cū sub ecliptica linealiter fuerit: tunc perpendiculariter radii solis feriunt lunæ corpus: quæ excipiens radios: non pmittit splendorē solis ad nos puenire. & ita eclipsis efficit̄. sed inter lumē lunæ & terrā intercipit umbra lucē. & ita luna patit̄ eclipsim. Vagi flexus. declinans mō in dextrā: modo in sinistrā partē p̄ eclipticā. quæ mediū zodiacū in duas partes diuidit æquales. Nec in boreā: sed p̄pendicularis est. nec in hanc. nec in illā partē declinat. Illa tm̄ sterilis tellus: ea tellus quæ naturaliter sterilis sit. tm̄ accepto sanguine concepit serpentes. Tabe: sanguine. Concipiūt: rē gestā narrat. tanquā nūc primū gerat̄. Rores. guttas. Incoxit. inoleuit & quasi ptū gremio suo terra cōcepit. ut serpētes ederet. Hic q̄ priā. hic describit serpētū genera. q̄ a san

SVLPI. Pensabat: breuiare uolebat ut argos reuerteret̄. Secabat: uolarē uolebat. Parci populis: ne uerterentur in saxa. Præpete tanto: hoc est uolante p̄seo. Zephyro conuertit̄: a Zephyro conuersus sup libyæ deserta uolauit: Quæ cōsita nullo cultu: quæ inculta & non plantata. Vacat: exposita est æstui solis & siderum. Præmit: urget. Orbita Asconius tradit rotæ uestigium Orbitā dicit. Nec terra: Nec ex aliqua terræ parte nox altius attollit̄. Est. n. nox umbra terræ quæ iacitur altior ex terra quæ ē sub æquinoctiali circulo: q̄ ex remotiori quia circulus solaris qui illic est maximus hic breuior reddūtur: & figura umbræ quæ terra emittit p̄pter magnitudinē ipsius solis est similis metæ & turbini iuerso: neq; excedit altitudinē lunæ: qm̄ nullū aliud sidus eodem modo obscurat̄ ut et̄ plinius ait. Cadit: extendit̄ iacitur: usq; est hoc uerbo quia tam supra q̄ infra terrā nox se extendit. Lunæq; meatibus obstat: nā cū ex terræ interpositiōe fiat lunæ eclipsis: nulla altior iterponit̄ ipsa libya quā ea sit in æquinoctiali circulo. Flexus uagi: nunc. n. in dextrā nunc in sinistrā tēdit Recta: quæ rectæ oriunt̄: ut Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagitari⁹. Umbra aphriæ: Nec effugit in boream: sed est recta. Tabe: corrupto sanguinæ. Rores: guttas: Tabes. sanies. Quæ prima mouit caput: quæ primū est animata. Somniferam: quos. n. mordet enecat somno. Tumida ceruice: plinius ait Colla aspidū intumescere nullo ictus remedio p̄terq̄ si confestim ptes contactæ amputent̄. Plenior sanguis: maior copia sanguinis. Plus: ueneni. Sponte sua: nam capta transferit̄ in alias oras.

OMNIBO. Pensabat: examinabat iter q̄ factur⁹ esset. Propiusq; secabat: & si super europam uolando



guine medusæ procreata fuerit. Tumida: inflata. Aspida: primâ dicit serpentē natâ ex hoc sanguine quæ  
 aspis dicitur: a similitudine dicta est significat scutum: eo quod reliquo corpore tanquam scuto utitur: ut caput  
 protegat plures diuersasque aspidum species: uerum (ut inquit Solinus) dispares effectus ad nocendum: Somni  
 feram: quia quoscunque momorderit in sopore resoluit: ita ut dormientes moriantur: nullo remedio: præterquam  
 si contactæ partes statim amputentur. hoc serpentis genus mamillis addidisse perhibent Cleopatram. Plenior  
 hic sanguis: plurimum ueneni de capite gorgonis in hanc serpentem cecidit. Decidit: in hanc serpentem. In nulla  
 scilicet quâ in hac: hic uel hæc serpens dicitur. Ipsa caloris egens: & quia calorem amat ideo nunquam nisi in uita in  
 regiones frigidas transit. inuita autem dixit: respiciens ad id quod sequitur quod nunc tanta iniquitas incessit animos  
 hominum: ut serpens quâ abhominari homines deberet: iam in precio esse cœperit apud homines ætatis nostræ  
 aspidis uenenum: quia maiorem uim habet: & ita detestatur auaritiam hominum & scelus qui est fecerit quod abhomi  
 nandum erat esse precium non mediocre. Niloque tenus: quia non discedit a littoribus nisi: nisi quis eam coe  
 gerit. Lucri pudor: sed quis inquit cupiditati & auaritiæ modum posuerit illa quidem inuita discedit a regio  
 ne sua: nos uero eam cogimus transire in europam & uenenum ipsius iam magno precio uendimus & emimus.  
 Quis pudor: id est quem questum facere nos pudebit: quasi dicat nullum. Inde: ex regione aphyricæ.

SVLPI. Aspida: aspidis uenenum. Non stare: emit

tit. n. quicquid habet sanguinis is quem momordit di  
 ctæque est æmorrhœis quod sanguinem facit effluere:

n. sanguis est fluo. nam morsu sanguinem elicit: &

dissolutis uenarum commercis quicquid anima est euo

cat per cruorem ut ait Solinus. Orbes: sinus. Coleret

qui syrtydos arua: qui tam in terra & harena quâ in aqua

syrtyum uersare tracto inde nomine .n. terra est

aqua. Fumante: puluerulenta. Cylydri: serpentes

qui se per terram conuolunt dicti a quod est uoluo

& serpens: Cylyndrus uero lapis est preciosus

& columna qua harena æquatur. Limite: uia non. n.

flectit iter. Cenchris: serpens crebras maculas in milii

similitudinem habens quâ ophite marmore dicit ma

culosiorum. .n. milium significat. Ophites: mar

mor maculis albis a cenchri serpente denominatum

.n. serpens est. Indiscretus: qui non discernitur

quia est eis concolor ipsasque fodit & ideo dicitur Am

modites quia harena est & fodio significat. Va

gi spina flectentes terga. Cerastra: qui cornicula habet

quadrigemina quorum motu ueluti esca sollicitant ad se aues ut plinius Solinusque asserunt. autem cor

nu est. Scytale: scytale ut ait Solinus tanta præfulget tergi uarietate ut notarum gratia uidentes retardet: &

quoniam reptando pigrior est: quos assequi nequit miraculo sui captat stupentes in hoc tantum squamarum uictore hye

males exuias prima ponit. Scytale etiam dicitur uirga teres ut meminit Gellius. Sola alia. n. uero tpe se exuunt.

Torrída: sicca nam siti interficit. Amphisibena. hæc ut inquit Solinus confurgit in caput geminum quo

rum alterum in loco suo est: alterum in ea parte qua cauda: quæ causa efficit ut capite intrinsecus nitibundo

serpat tractibus orbiculatis dictaque est quod utrinque circum descendat: nam circum & descendo significat.

OMNIBO. Libycæ mortes: id est uenenum natum in libya. Huc: in europam. Fecimus aspida: id est uenenum

aspidis. At non stare suum: post hanc subsecuta est serpens: cui nomen est hæmorrhœis: quia sanguinem fluere

facit: nam quoscunque momorderit: ille statim cum sanguine exhaurit: & tanquam sudor e corpore emanat ideo

sanguis fluo. Miseris: quos momorderit statim sanguinem percutem erumpere facit tan

quam sudorem. Squamiferos: quia squamosa est sicut piscis. Natus & ambigua cherfydros: quia duo elementa

occupat modo terram: modo aquam: ideo nomen impositum est: nam terra significat aquam. Via

fumante: puluerulenta. Chelydrus est serpens cum chelis: Cenchris significat milium: quia distinctus

est maculis in similitudinem milii. Ophites: genus est lapidis ad similitudinem huius serpentis maculis albis di

stinctus: propterea appellatur ophites ab serpens: dicitur autem pluribus maculis distinctum esse cenchrim:

quâ lapide ophite: qui nascitur in regione thebana. Concolor ammódites: id est qui concolor est harenæ. un

de nomen habuit: nam harenam significat & ingredior: quia graditur per harenam: Indiscretus:

non cognitus: quia non discernitur a colore harenæ. Cerastra præferunt quadrigemina cornicula: quorum

ostentatione ueluti esca illicitas aues perimunt (ut refert Solinus) unde a cornibus nomen habet

cornu. Et scytale: scytalis tanta præfulget tergi uarietate: ut notarum gratia uidentes retardet: & quoniam reptan

do pigrior est quos assequi nequit miraculo sui capit stupentes: in hoc tamen squamarum nitore hyemales

exuias prima ponit dicta scutica & uirga: scytalis enim uirga est oblonga & rotunda ad cuius

similitudinem est appellatur hoc serpentis genus. Lacedæmoni appellabant uirgam longam & rotundam scytalim

qua artificiosas & circumsriptas epistolas scribebant: ita ut a nullo legi possent nisi qui eiusmodi uirgam ha

beret: hoc late plutarchus. Exuias positura: alia serpentes nunquam exuias deponunt: nisi uerno tem

Huc libycæ mortes. & fecimus aspida mercem

At non stare suum miseris passura cruorem

Squamiferos inges æmorrhœis explicat orbem

Natus & ambigua coleret qui syrtydos arua

Cherfydros. tractique uia fumante cylydri

Quam semper recto lapsurus limite cenchris

Pluribus ille notis uariatam tingit aluum

Quam paruostinctum maculis thebanis ophites

Concolor exustis atque indiscretus arenis

Ammodites spineque uagitorquente cerastra

Et scytalæ sparsis etiam nunc sola pruinis

Exuias positura suas. & torrida dipsas

Et grauis in gremium surgens caput amphisibena



poire: sed hæc media hyeme. Et torrida dipsas: scilicet nata est quæcūq; momorderit: ille siti exardescit ut satiari non possit. significat sitio: nam siti interficit: ut docet Solinus. Amphisibæna: amphisibæna confurgit in caput geminū. quorū alterū loco suo est alterū in ea parte quæ cauda: quæ causa efficit: ut capite utrinq; secus nitibundo serpat tractibus circularis: ut idem Solinus docet ideo dicitur ab circum & uado.

Et natrix uiolator aquæ: iaculiq; uolucres  
 Et contentus iter cauda sulcar phareas.  
 Oraq; distendens auid<sup>9</sup> spumantia præster  
 Ossaq; dissoluēs cum corporē tabificus seps  
 Sibilaq; effundens cunctas torrentia pestes  
 Ante uenena nocens. late sibi submouet oē  
 Vulgus: & in uacua regnat basiliscus arena  
 Vos quoq; qui cunctis innoxia nūina terris  
 Serpitis aurato nitidi fulgorē dracones  
 Pestiferos ardens facit aphrica: ducitis altū  
 Aera cum pennis: armenta q; tota secuti  
 Rumpitis ingētes amplexi uerberere tauros  
 Nec tutus spacio est elephas datis oīa letho  
 Nec uobis opus est ad noxia fata ueneno  
 Has inter pestes duro cato milite siccum  
 Emetit iter: tot tristia fata suorū  
 Insolita q; uidet paruo cū uulnere mortes:  
 Signifex iuuenū tyrreni sanguinis aulum  
 Torta caput retro dipsas calcata momordit  
 Vix dolor aut sensus dentis fuit: ipsaq; lethi  
 Frons caret inuidia. nec quicq; plaga minat  
 Ecce subit uirtus tacitum carpitq; medullas

**COMNIBO.** Natrix: a nando dicta. Iaculiq; uolucres: genus est serpentis accerrimū nam quicquid percussit penetrat: ita ut nihil obstisse uideat Solinus. Iaculi arbores subeunt e quibus in maxima turbinati penetrant animal quodcunq; obuium fortuna fecerit. Pharias: sine aspiratione: a grecis dicitur serpens q; cauda tñ. sublato pectorē icedit. Præster: pster teste Solino: quæ percussit distendit enormiq; corpulentia necat significat facem ardentē: & flammam. quia fulmineus est: & tanq; flammam scintillat ab ore. Seps: serpens est a: idest putrefacio quicquid enim momorderit resoluit in putredinem. ideo tabificū dixit. Ante uenena nocens: basiliscus rex est cætorū serpentum nam regnum significat uis magna serpentis est quod solo uisu mortē inferat: ac homines enecat terrā poluit & exurit deniq; extinguit herbas: arboresq; ipsas corrumpit et auras. ita ut nulla alitum impune transuolet: infecta spiritu pestilentia: animal ad semipedem longitudinis albo quasi mitrula lineatus caput. Sibila: adeo horrendum sibilat: ut serpentes alios terreat. Pestes: idest alios serpentes. Vos quoq; loci iniquitas facit ut dracones qui et alibi sunt innoxii in Aphrica uehementer noceant: qui colebant quasi sacri & adhuc consuetudo manet apud agrestes: q; existimant nefas esse necari huiusmodi serpentes dracones dicti sunt a quod est uideo: nā clarissimā dicunt hęc oculorū aciem: qua ex re et incubantes eos thesauris custodia causa antiqui finxerunt poetæ. iō et Esculapio draconis forma datur qm oportet medicū uigilatissimū esse. Aurato fulgore: quia habent squamas quodāmodo aureas: unde et dracones in templis dicant. Virgi. delubra ad summa dracones. Numina. idest tanquā numina. Serpentis: rapere pprie est serpentum & serpere: cum ingrediunt. Ardens aphrica. nam nimio ardore incendunt dracones tametsi alibi sint sine ueneno. Ducitis altum aera. idest uolatis. Verberere: quia cauda eo usq; uerberant Tauros. ut eos et enecent. Nec tutus. elephantes et miræ magnitudinis animalia uincunt. Datis omnia letho. idest occiditis quicquid uobis obuiam factum fuerit. Nec opus ueneno: etiam sine ueneno satis uirium habetis ad mortē. Has inter pestes: postquā descripsit periculum q; in aphrica erat. & p eam partē in primis qua gradiebant nunc redit ad iter eorū. Pestes. s. serpentū. Duro: forti. In paruo uulnere. nō enim paruo uulnere mors inferri solet. tñ parua plaga ser-

**CSVLPI.** Natrix: a nando dictus. Iaculiq; uolucres: iaculi arbores subeunt e quibus in maxima turbinati penetrant animal quodcunq; obuium fortuna fecerit. Phareas: hic pedes in quos se erigit iuxta caudā habet: greci dicunt nos pharia: ut spondeus. Præster: præster quem percussit distenditur enormiq; corpulentia necat: ut ait Solinus dictusq; uidetur ab ardore enim ardeo est. Tabificus seps: putrefacio est. inde sit seps de quo sit Solinus ex tuberatos ictus seps statim putredo sequit. Pestes: serpentes. Ante uenena: ante morsum nā uisu & auditu interimit: estq; malum in terris singulare. Submouet: fugiunt enim auditum aut uisum serpentes. Regnat basiliscus: apte dixit regnat enim regem significat & ipse auctore Solino serpens est pene ad semipedem longitudinis alba quasi mitrula lineatus caput hoīum aliorumq; animantium exitiū terram polluit & exurit ubicunq; se recipit herbas extinguit: arbores necat: auras corrumpit: ita ut nulla alitum impune transuolet infecta spū pestilenti. Quomouetur media corporis parte sterpit: media arduus est & excelsus. Quicquid morsu eius occidit non depascitur fera: nec arctat ales. Mustellis tñ uincitur in cauernas ubi delitescit illatis: hæc ille fere. Numina: diuini enim putant & sunt sacri: nec alibi nocent nisi: in aphrica & lucent aureis squamis. Strabo scribit dracones trecenū cubitorū qui Tauros elephantosq; capiāt i africa eē. Ducitis: trahitis. Pennis: auib<sup>9</sup> Verberet ictu cauda. Aulū: tuscū militē. Torta caput retro: retro flexa quā calcaret. Leti frōs caret inuidia: hoc ē uulnus nō ē horredū. Inuidia: odio. Minaat aut timore aut color aut hiatu. Subit: serpit sensim. Carpit: rodit.



pentis quæ uix inspicere posset moriebantur milites. Signiferum iu. primum autem militem dicit cecidisse nomine Aulium. Calcata re pedibus huius. scilicet dolore caput conuertit: & morsum cruri eius infixit. Vox dolor: adeo tenuiter momordit: ut uix eum senserit. Fronis car et inuidia: quia si eum inspexisses uenenatum. non ostendebat signa mortis in fronte. Plaga minatur: adeo perexigua erat. Ecce subito uirus: sed sensim uirus diffundi coepit per uenas: ut uniuersum corpus humore & sanguine exhauriret.

**SVLPI.** Tabe: ueneno. Pestis ebibit: uenenum exhaurit. Vitalia: pars cor cerebrum pulmonem. Non fuit: defuit quia aruerat. Decus imperii: honor aquilæ quam gerebat. Iura: potestas. Mcesti: miserantis ipsum & reliquos. Accessit morti libyæ: addita est morti siticulo facta regio sicca: Famam fati: mortis infamiam. Adiuta: uidetur enim potius aestu regionis quam ipso ueneno necare. Scrutat: inquit aulus: Squalentis sicca. Syrtes: ubi fons ammonis. Fluctus: maris aquam. Placet: non offendit. Venas suas: ut sanguinem biberet. Rapi signa quæ sitiens aulus abiecerat. Discere nulli: nunquam amplius uisum est hoc: ut quisquam sitiens suum sanguinem biberet. Discere: discendo uidere aut audire. Stetit in crure. inhesit mordens in tibia. Parua modo: parua mensura sed qua nulla mortem infert cruentior. dissoluit: enim corpus in frustra decidit. Circum proxima plagæ: circum uicina uulneri. Sinu laxo: aperta uulneris curuatura & orbiculo ipso. Sine corpore sine carne. Ci. ad Gallum nam & uires & corpus amisi: Martialis inquit omni nusquam corporum corpus erat. Suræ: pulpæ posteriores. plinius in omni genere Suræ homini tamen & crura carnosa. Vir. purpureoq; alte suras uincere coturno. Poples: poples est pars post genu prope summam suram & inani costam plinius idem poplites intus flectit hominis modo. Musculus torus & pulpe densæ tumor.

**OMNIBO.** Ignis: ueneni. Calidaq; incendit: calore nimio uniuersum corporis humorem desiccavit: unde sitis sequebatur intolerabilis. Ebibit: exhaurit. Vitalia: præcordia. Defessos iret: et sudor nullus in toto corpore relinquitur: tametsi nimio ardore caleret. Atque oculos lachrymarum: relictus est. Non decus imperii: nullum catonis imperium ueritus: signa procul abiecit: & quam maxima celeritate potuit. quæsiuit aquam: qua inuenta faciari non poterat. Decus: maiestas. Mcesti. i. tristis. seueri. Sitiens uenenum. scilicet sitim adducens in corde. Ille uel in tanaim: dicit tota flumina quietasque fuissent: huius sitis sufficere non potuissent. Tanais (ut refert Strabo) ex iisdem inde montibus fertur ex quibus ochus: & oxus iaxartes & oium septentrionalissimus Europam ab Asia disiungens. Nilumque bi. cuius inundatio tanta est ut: uniuersam perfundat ægyptum: tamen non sufficisset huic. Accessit mor. li. ad hanc sitim quæ inducebatur morsu dipsadis: accessit et exhaustio regionis. Fati. id est mortis: quia non omnino tota mors attribuitur dipsadi: sed perustæ regioni. ideo dicit dipsadem minorem inuidiam habuisse. Adiuta: scilicet dipsas. Terris a. libyæ quæ sicca est. Penitus. interitus est in uiscera terra. Aequoreusq; placet: quis homines abhorreant maris undam: tamen sitis tanta erat. ut ea sibi grata esset nec sufficeret quidem. Nec sentit fatiq; g. quia non poterat extinguere sitim existimabat naturale sitim esse potius quam uenenum. Ferroq; aperire tumentes quam aqua sedare non poterat sitim: aperuit uenas brachiorum & sanguinem fugebat iussit: uix aulus confectus abiecerat signa: cum statim iussu catonis alius affuit qui signa acciperet. Hoc uidelicet cogere sitis aliquam in tamen furoris. Sed tristior illa: at uero alius nomine Sabellus crure morsum sepsis: accepit & uulnus quod erat exiguum sed uim habuit incredibile: si quod uniuersum corpus resoluit & ad nihilum redegit ab effectu ergo nomen accepit. nam *συντεριπ* est putrefacere. Sabelli: de sabina regione: aut potius tamen proprium est. Stetit in crure: in crure intulit morsum: ille e crure rapuit spem & ipegit humi. deinde pilo transfixit Fixo dente: ut non facile posset a crure auelli. Mō. i. mensura quæ admodum breuius est. Sed quæ non ulla. maiorem enim ha-

Ignis edax. calidaque incendit uiscera tabe.  
Ebibit humorem circum uitalia fufum  
Pestes: & in sicco linguam torrefe palato  
Coepit defessos iret qui sudor in artus  
Non fuit. atque oculos lachrymarum uera refugit  
Non decus impium. non mcesti iura catonis  
Ardentem tenuere uirum: ne spargeret signa  
Auderet: totisque furens exquireret aruis  
Quas poscebat aqua sitiens in corde uenenum  
Ille uel in tanaim missus rhodanumque padumque  
Arderet nilumque bibens per rura uagantem  
Accessit morti libyæ. fatique minorem  
Famam dipsas habet terris adiuta pustis  
Scrutator uenas penitus squalentis arenæ  
Nunc redit ad syrtes & fluctus accipit ore  
Aequoreusque placet: sed non & sufficit humor  
Nec sentit fatique genus: mortemque ueneni  
Sed putat esse sitim ferroque aperire tumentes  
Sustinuit uenas atque os impleat cruore  
Iussit signa rapi prope cato discere nulli  
Permissum est hoc posse sitim. sed tristior illa  
Mors erat ante oculos. miserique in crure sabelli  
Seps stetit exiguus quem flexo dente tenace  
Auulsi que manu. piloque affixit arenæ.  
Parua modo serpens. sed qua non ulla cruenta  
Tantum mortis habet. nam plagæ proxima circum  
Fugit rapta cutis pallentiaque ossa retexit  
Iamque sinu lapsa nudum sine corpore uulnus  
Membra natant sanie. surra fluxerunt: sine ullo  
Tegmine poples erat feror: quoque musculus omnis



bet uim cæteris: quia resoluit in nihilum corpora. Plagæ: & primū quidē ptes p̄xime morsui refugiūt & sen-  
sim totū corpus tabescit. Circū fugit rupta: idest circumrupta: & est temesis. lamq; sinu lapsa lapsa cute: nam  
signū sanguinis cutē appellauit. Sanie: q̄a caro ois in sanie cōuersa erat. Surra: pprie dicunt muscoli cru-  
rum Vir. Purpureoq; alte suras uincere coturno. Fluxere: resolutæ in putredinē. Tegmine. & cute & carne

Liquit. & nigra distillant inguina tabe:  
Disiluit stringens uterq; mēbrana fluūtq;  
Viscera: nec quātum toto de corpore debet  
Effluit in terras sauuū sed membra uenenū  
Decoqt: in minimū mors cōtrahit oīa uirus  
Vincula neruorū. & laterū cōtexta cauumq;  
Pectus. & abstrusum fibris uitalibus omne  
Quicquid homo est apit pestis natura p̄fana  
Morte patet. manāt humeri fortesq; lacerti  
Colla caputq; fluunt: calido nō ocīus austro  
Nix resoluta cadit. nec solem cera sequet.  
Parua loquor corpus sanie stillasse pustum  
Hoc & flāma pōt. sed q̄s rogus abstulit ossa  
Hæc quoq; discedūt. putresq; secuta medul  
Nulla manerē sinūt rapidi uestigia fati  
Cinypheas inter pestes tibi palma nocendi ē  
Eripiunt omnes animam. tu sola cadauer,  
Ecce subit facies letho diuersa furenti  
Nasditum marsi cultorem torridus agri  
Percussit præster. illi rubor igneus ora  
Succendit. tenditq; cutem peunte figura  
Miscens cūcta tumor toto iā corpore maior  
Humanūq; egressa modū sup omnia mēbra  
Inflat sanies late tollente ueneno.  
Ipse latet penitus congesto corpore merfus,  
Nec lorica tenet distenti corporis auctum  
Spumens accenso non sic exundat aeno,

minis partes etiā secretiores. Natura patet: quicquid est in uniuersa hominis natura patefactū est. Profana:  
execrabili & nefanda. Manant: euanescent: tabescunt. Calido nō ocīus austro: non legnius inquit corpus sa-  
belli ueneno resolutū est, & liquefactum q̄ sole nix liquefcere solet: aut cera igne. Ocīus: uelocius: Parua lo-  
quor quia similitudo hæc minor est: q̄ huic ueneno cōueniat. Floc: scilicet ut aliquod corpus guttatim resol-  
uatur: sed fecit aliquid multo maius uenenū: quia nihil oīno reliquit. Sed q̄s rogus: nō omnino rogo supim-  
positum corpus consumit quin pars ossium relinquať. Medullas: quia una cū medullis ossa quoq; cōsumpta  
sunt. Rapidi: rapacis. Cinypheas inter pestes: dicit inter libicos serpentes: hanc unā sepem uim cæteris ma-  
iorem habere. Tibi: o seps exigue. Eripiunt animā: qua mortem inferūt. Cinypheas: libicas cibips fluuius ē  
libiæ defluens p̄ uberrima regionis illius arua: circa quā grandiores nascuntur hirci sicut poetæ perhibent.  
Virg. ciniphei tondent hirci. Ecce subit facies: secut: & illud. Et prodesse uolūt: & delectare poetæ. res. n.  
uanas describit Lucanus: ut erectum legentis animum teneat: nam diuersum lethi genus describit quem mo-  
morderit seps ille sensim liquefcit: sed p̄ster tumescere facit adeo ut nulla membra dignosci possint. Leto fu-  
renti: idest tabificæ pesti. Subit. succedit scilicet sepi. Marsi. de regione marsarum. Torridus. quia torret  
& ardorem imittit ut supra dictum est. Rubor igneus: quia ita rubescebant genæ. ut ardere uiderent. Ten-  
dit. tumescere facit. Pereunte figura: quia ita inflatur: ut membra distinguit non possint. Late: per uniuers-  
sum corpus. Tollente. non auferente: sed extollente. ac eleuante ueneno sanie. Ipse latet. tumefacto  
corpore ut dignosci non possit. Congesto. in similitudinem aggeris. Auctum. augumētatum declinauit

SVLPI. Tabe: sanie. Inguina: genitalia. Disilu-  
it membrana: dissoluta est cutis & cartilago uentris.  
Viscera. extra & intestina. Nec quātū debet: nec quā-  
tum corruptum est excidit sed uritur: & cōsumitur an-  
teq; cadat. Virus: succum & sanie uirulentā. Cōtex-  
ta laterum continuatio lateris cratesq; pectoris. Ab-  
strusum oē: oē q̄ latet circa fibras cordis & epatis. Pe-  
stis aperit: uenenū dissoluit. Natura: iterior corporis  
pars. Manant. dissoluūtur. Cadit: fluit. Parua loquor.  
iminuo rem dicendo carnem & uisam & solutā fuisse  
ueneno qm̄ hoc etiā ignis facit: sed ignis non exedit  
ossa. Nulla uestigia: nullum signum quo cognoscatur  
mors recens. Cinypheas: cinips fluuius est garamātū  
apud quē nascuntur grandes hirci. Pestes cinipheas:  
serpentes libicas. Cadauer: nam dissoluis corpus. &  
ossa. Ecce: subit: en subsequit alia mortis species ab ea  
q̄ soluit corp: nam auget & tumefacit. Torridus allu-  
sit ad nomē nam ardeo significat. Succendit:  
inflamat. Tendit. extendit. Pereunte figura. ut non  
cognoscat forma. Efflatur sanies: emittitur spuma su-  
per mēbra timidissima. Tollente: tumefaciente. Mer-  
fus cōfusus. Cōgesto: conglobato & informi. Auctū  
distenti corpus: incrementum tumefacti corporis.

OMNIBO. Liquitur: liquefcit tabescit. Virg.  
Vere nouo gelidus canis cū montib; humor liquit.  
Musculus: musculum appellat solidā carnem: quæ in  
femore est quod glandiū alio nomine appellatur. Di-  
stillant inguina. i. resoluūtur in sanie. Membrana. i.  
cartilago q̄ intestina coerct resoluta est. Stringens  
uterū. i. cōtinens intestina. Disiluit: dirupta ē. Nec  
effluit. s. tantum quantū debet effluere. Sauum uene-  
num: quia anteq; ex ossibus deciderent carnes: prius  
ardore ueneni: ex maiori parte cōsumptæ sunt. Deco-  
quit: consumit. In minimū: exiguū uirus. Contrahit  
omnia: idest membra omnia ad minimū redigit. Ab-  
strusum: reconditū. Fibris uitalibus: uenis uitam ferē-  
tibus nā sedem animæ in sanguine esse uoluerūt fibre  
pprie iecoris uenæ. Quicquid homo: idest omnes ho-



hic auctus us. ul. Spumeus accenso: per similitudinē oñdit q̄tū ille ueneno serpentis intumuerit. nō magis in  
 q̄tū da tumescit quū feruet ahēo: aut uela cū uētis iplent̄.

**SVLPI.** Vndarum cumulus: copia aquae. Coro:  
 uento. Curuauere sinus: repleuere flexus suos: Non  
 capit: non continere potest. Truncus: non. n. appare  
 bat caput. Intactū: hunc insepultum intangibilemque  
 reliquerunt inquit. Haud impune: quia perimet iplas  
 Non ausi: metuentes. Nondū stante modo: nondum  
 finita mēsurā tumoris. Miratori: imitatori. Vtque solet  
 Sic per totū eius corpus cruor effluxit ut solet croceus  
 color emitti p̄ omnia foramina quae sunt in carta aut  
 tabula pictoris archetipa ex qua in subiectam materi  
 am signa redduntur praessura croci: idest crocum ex  
 praessum & dilutū. Corycii: Cilicis a Coryco oppido  
 ubi puenit optimū. Rutilum uirus: ruffum uenenū.  
 Quaecunq; foramina nouit humor: undecunq; aliq; humor  
 egredi solet: ut e naribus ore oculis auribus se  
 cretioribus & e poris unde sudor egreditur. Leue: hic  
 leuus ex aspidis morsu perit dormiendo. Fixus: co  
 actus & densatus. Serpēte niliaca: aspide quae in ripis  
 nili uersatur. Non tam ueloci: nō tam subitam mortē  
 infert toxicum arboris quae in sabaea nascitur adeo tu  
 ri simile ut fallat legētes. Quae mērita uirgas sabeas:  
 quae turi similis. Diro: uenenato. ordo est. Toxicā q̄  
 mentita uirgas sabeas diro stipite fabei satilegis car  
 punt matura nō corrumpūt pocula tam ueloci letho.  
 Matura. apta usui decocta.

**OMNIBO.** Vndarum cumulus: cū igni subiectē  
 aheno & unda feruet. Carbasa: carbasus genus ē subti  
 lissimi lini: quo textur uela: & carbasa pro uelis acci  
 piuntur. Sinus: idest gremiū. est enim quasi gremium  
 uelum cū est uentis plenū. Coro: idest uento ab occa  
 su solstitiali: qui dicitur Tumidos iam nō: &  
 usq; adeo creauerat uniuersum corpus ut iam mēbra  
 continere nō posset. Informis globus: globum informem appellauit tumefactū corpus: quia uidebat̄ po  
 tius sphaerica quaedam forma q̄ hominis. Confuso pondere: pro cōfusi ponderis. Intactū uoluerū rostris:  
 qui circūsteterant. ubi marsum tumendo crescere uiderunt: nō sunt ausi illum sepulchro mandare nec uolu  
 eres quidem ausae sunt lacerare. Nondum stante modo: quia adhuc crescebat. Sed maiora parant. Aliud ser  
 pentis genus describit: qui æmorrohis appellatur: quoniā faciat sanguinē omnem penitus effluere. Mirato  
 ri: Sectatoria p̄cedente quod sequit̄. quem enim miramur. hunc & sequitur. Vtque solet: per similitudinē  
 ostendit sanguinem oēm illius e meatibus corporis effusum: eē quemadmodū inquit etiam per foramina to  
 tius imaginis succus croci erumpit se cū trahens imaginē ipsam & in obuersam superficiem exprimit faciem  
 hae similitudo sumitur & pictoribus: cū uoluerint imagines in obuersa facie formare: solent crebris forami  
 nibus transferre formā: deinde superinducunt succum croci qui ex omnibus foraminibus statim erumpens  
 imaginem illius figurae i obuersam superficiē exprimit. Simul: eodem tpe. Totis signis: idest figuris & ima  
 ginibus pertusis. Pressura croci: idest succus pressi croci. Corycii: circa corycum ciliciae crocum plurimū  
 optimumque est det licet cyrene det lycia: hoc primū est: teste Solino: nam prima auctoritas fuit coricio cro  
 co: secunda lycio: uel phlegraeo: tertia centuripino sciliciae: plinius. De coryco antro iam diximus. Fora  
 mina: folles qui sunt in cutae emittebant pro sudore sanguinē persistit in similitudine: Redundant: abunda  
 bant sanguine. Sudor rubet: quia sanguis erat. Totū est deniq; corpus: & uulnus unū esse uidebat̄. At tibi  
 leuc: mitior fuit aspis ceteris serpentibus: idest minus crudelis: nā militū Leuum nomine momordit: & ille  
 statim in somnū resolutus interit. Niliaca serpēte: idest aspide seu hypnale quae nascit̄ circa nilū: qua usam  
 fuisse Cleopatram histr̄o scribunt. Fixus praecordia. quia uenenū hui? aspidis uenas sopiuit & quasi sanguinē  
 congelauit: & ea cā est cur soluatur in somnū. Fixus: quodāmodo: cōgelatus. Praecordia praessit: occupauit  
 mēbra uitalia. Nullo dolore: mors illa suavis fuit: quam dormiens sentire nō potuit. Non tam ueloci: in sa  
 baea arabiae regione nascitur thurea uirga ex qua colligitur thus: sed alia etiā uirga nascitur ad similitudinē  
 illius quae legentes thus plerunq; fallit: qa accerrimū & terrimū uenenū producit: dicit ergo uenenū huius  
 uirgae: quāuis sit accerrimū: tamen maiore uim non habet: q̄ aspidis uenenū: & si uenenū illius uirgae pocu  
 lis imiscuerunt sauae nouercae cum priuignos occidere uoluerint. non tam cito moriunt̄: quā celeriter hic  
 mortuus ē aspidis morsu. Sabaeas uirgas: quae nascunt̄ ad similitudinē uirgae quae thus p̄ducit in sabaea. Sa

Vndarum cumulus. nec tanto carbasa coro  
 Curuauer sinus: tumidos iā nō capit artus  
 Informis globus. & cōfuso corpoī truncus  
 Intactum uoluc̄y rostris: epulaseq; dat usq;  
 Haud impune feris. nō ausi trader̄ busto  
 Nondū stante modo crescēs fuger̄ cadauer  
 Sed maiora parāt. libycae spectacula pestes  
 Imp̄ssit dentes æmorrohis asp̄a tullo.  
 Magnanimo iuueni miratoriq; catonis  
 Vtq; solet pariter totis effunder̄ signis  
 Corycii p̄ssura croci: sic omnia membra  
 Emisere simul rutilo p̄ sanguine uirus  
 Sanguis erāt lachrimae q̄cūq; foramina nouit  
 Hūor ab iis larg⁹ manat cruor ora redūdāt  
 Et patulae nares: sudor rubet. omnia plenis  
 Mēbra fluunt uēis. totū ē p̄ uulnere corp⁹  
 At tibi leue miser fixus praecordia praessit:  
 Niliaca serpente cruor. nulloq; dolore  
 Testatus morsus: subita caligine mortē  
 Accipis: & stigas somno descēdis ad ūbras  
 Non tam ueloci corrumpunt pocula letho  
 Stipite quae diro uirgas mentita sabeas  
 Toxicā satilegi carpunt matura sabaei.



ba:orum natio teste Strabone: maxima est apud hos thus & myrrha & cinamomū nascitur: in ora etiā balsa-  
mum: & alia quaedam herba odorata quā eius odor cito deperit: habent præterea palmas odoratas & cala-  
mum serpentes quoq; palmares: colore puniceo usq; ad ilia affilientes: quorum morsus incurabilis est. Diro:  
quia producit uenenū. Facilegi: idest mortem legentes. Matura: tempore suo collecta.

Ecce pocul sæuus sterilis de roboꝝ trunci  
Torfit & immisit iaculū uocat aphrica serpēs  
Perq; caput pauli transactaq; tempora fugit  
Nil ibi uirus agit rapuit cum uulneꝝ fatum.  
Dep̄sum est q̄ funda rotat q̄ lēta uolarent  
Quā segnis scythicæ strideret arūdinis aer  
Quid p̄dest miseri basiliscus cuspide muri:  
Transactus: uelox currit p̄ tela uenenum  
Inuaditq; manum. quam p̄tinus ille relecto  
Ense ferit. totoq; simul demittit ab armo.  
Exemplarq; sui spectans miserabile lethi.  
Stat tutus peunte manu. quis fata putaret  
Scorpion. aut uires maturæ mortis haberi  
Ille ninax nodis & recto uerber̄ sæuus  
Teste tulit cœlo uicti decus orionis.

Quis calcar̄ tuas metuat salpiga latebras  
Et tibi dant stigiaꝝ ius in sua fila sorores  
Sic nec clara dies nec nox dabat atra quietē  
Suspecta est miseris in qua tellur̄ iacebant  
Nam neq; congestæ struxer̄ cubilia frōdes  
Nec culmis creuer̄ tori. sed corpora fatis.  
Expositi uoluunt̄ humo. calidoq; uapore  
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes  
Innocuosq; diu rictus torpente ueneno  
Intra membra fouent. nec quæ mēsurā uiaꝝ  
Quis ue mod⁹ norūt cœlo duce sæpe q̄rētē  
Reddite dii clamāt miseris q̄ fugimus arma  
Reddite thessaliā. patimur cur segnia fata  
In gladios iurata manus: p̄ casare pugnāt  
Dipsades. & pagunt ciuilia bella cerastæ.  
Ire libet qua zona rubens atq; axis inustus  
Solis equis. iuuat æthereis ascribere causis  
Quod peam. cœloq; mori nil aphrica de te

sagitta arcu emissa fertur. Quid prodest. q. d. nihil p̄fluit hasta transfigere basiliscum. quia sanguis per ha-  
stam fluens ad manus peruenit: hic sensit manum uenenatam esse statim eam abscidit. Venenum. s. sangui-  
nis basilisci. Demittit ab armo: ne uenenum illud reliquum corpus corrumpere. Exemplūq; sui spectabat  
manum mouentem: quod exemplū erat mortis futuræ: quemadmodū enim manus illa moriebatur: ita reli-  
quum corpus olim moriturū erat. Quis fata putaret: nūc dicit scorpionē. uim etiā lethi habuisse: quod uix  
credibile uideat: sed regio arida facit ut uim maiorē habeat. ille igit̄ nō minus uiriū habuit in occidēdo mili-  
te: q̄ scorpis ille quē diana aliquādo imisit orioni: ut iniuriam suā ulcisceret. q̄ se ille de stupro interpellaue-  
rat. sic enim in fabulis est orionem fuisse uenatorem celeberrimum: & Dianam quæ & ipsa uenatrix est in sil-  
uis aliquādo interpellasse de stupro: illa irata scorpionem affixit femori eius cuius morsu interiit orion: & in

¶ SVLPI. Ecce: Paulus iaculo serpente uel ut telo  
transfixus est utrūq; tempus. Trunci sterilis: in fecun-  
dæ arboris ligno. Tempora transacta: perforatum ca-  
put. Fatum: mors. Cum uulnere: quo solo periit. De-  
prensus est compertum est ex Iaculi uelocitate & ui-  
q̄ lente saxa e funda & sagitte ex arcu emittantur. Ro-  
tat: rotando imittit. Aer arundinis scythicæ: sagitta  
parthica per aerem impulsæ. Quid prodest: imo no-  
cuit mortu⁹. Ferit: amputat ne aliqua membra inficiā-  
tur. Mature: accelerare. Nodis: cauda nodosa. Recto  
uerbere: ictu enim caudæ erecte percutit. Teste tulit  
cœlo cōsecutus est laudem Orionis interempti ut ei⁹  
imago in cœlo effigiata demonstrat. Emissus est autē  
a Iellure in Oriona uenatorem qui se iactauerat nul-  
lum ab illa monstrum posse p̄duci quod ipse nō con-  
ficeret ut Iginus etiam meminit. alias de Orione opi-  
niones apud eundē lege. Salpiga. Tuba est cuius for-  
mam habet hæc serpens cuius latebra calcata mortife-  
ra est. Sorores stygiæ: idest parca. Ius in sua fila: facul-  
tatem mortis. Sic: hoc periculo & malo. Suspecta: est  
uidelicet tellus. Congestæ: constructæ cū rarissime  
sint. Culmis: calamis frugum. Pestes gelidas: serpētes  
noctu frigidæ. Rictus innocuos: ora serpentū inno-  
xia dum frigerent sed ubi concaluerant mordebant.  
Fouent dormientes & inscii. Nec quæ mensura: nec  
quantum itineris peregissent quantumq; superesset q̄  
uenirent satis ex astris noscere poterant. Cœlo duce.  
sole luna & stellis demonstrantibus. Redditæ. plena  
cōmiseratione quærela. Segnia fata mortem inertib⁹  
non militibus congruam. In gladios iurata manus:  
multitudo astricta militiæ sacramento. Ire libet: Im-  
prudentiæ & temeritatis se arguit. Rubens torrida.  
Axis regio per quā temp. discurrit sol & itelligit ecy-  
pticæ subiectam. Causis æthereis: idest fato & astris q̄  
nos huc egerunt. Cœloq; mori: ui cœli & siderū. Nil  
aphrica: nō aphricam nec naturā accuso quod serpen-  
tes producant: sed me ipsum qui me huc contuli.

¶ OMNIBO. Ecce procul. Dicit etiam serpente ia-  
culum: qui in arbore constiterat: transeuntem paulū  
quendam p̄ tempora percussisse: ita ut in alterum latus  
erumperet. & sine ueneno militem occideret. Torfit.  
iaculatus est seipsam. Depræhensūq; est. & uelocitate  
huius serpentis cognitum est incognitū est in compa-  
ratione tardā esse sagittā & glandem: quæ funda emit-  
titur. Rotat: respexit ad gestum iaculantiū. Segnis: p̄  
tardæ arundinis Scythicæ. Aer. quia aerem scindens



cæleste signum cum scorpione translatus est. Diuersæ huius fabulamenti sententiæ sunt apud Iginium. Te ste cælo: quia cælum testis est uictum a scorpione fuisse orionem ambo. n. in sydera abierunt. Quis calcare tu. Salpiga est teres serpens & oblungus in tubæ modum nam tubam significat. Quis: metuat q. d. nemo. neq. n. magnitudinē habet: ut quis mortē a te metuere possit. Et tibi dant: tñ tu quoq. uim mortis habes. In sua fila rumpenda: Sic nec. cl. d. i. die noctuq. in discrimine salutis uersabant. Suspecta. quia iacentes: ut quæserent: nōnunq. uenenabant. Frōdes: neq. n. illis arbores frondescūt nec terra segetes gignit. Cōgeste: in unū cumulate. Expositi corpo. i. habentes corpora exposita morti. Calidoq. ua. ga dormiētes calefcunt: & serpentes q. humore nocturno frigidiores erant ad calorē dormientiū se recipiebāt inde sūmo calore tepesfacti reddebant nocentiores. Innocuos: ga nimio frigore torpebant. Fouēt. calefaciunt. Nec q. mensura: nec poterant scire ubi essent: nec quantū itineris superesset. Modus. i. finis. Clamant. r. thessaliam: quæsumus o superi ut statuatis nos in thessalia. Patimur cur: dolent q. mors sua sit iners. Iurata manus in gladios qui iureiurando astricti sumus in manu catonis: ut moriamur p. libertate cur inutiliter perimus. Ire libet q. zona. i. calore melius pibimus q. ueneno id. n. nobis tollerabili⁹ erit. Axis: antarcticus. Axis inustus: ualde uetus: idem est quod zona rubens. Aethereis causis: idest calor. Cælo. idest ppter cælum feruens.

**CSVLPI.** Ablatum gentibus: desertū inhabitabilem & quo priuaueras gentes. Damnaſti. ut a serpenti bus coleretur q. hominibus nocere nō possent. Pœnas: nostræ temeritatis. Comercia: conuersationem. Torrente plaga: torrida zona. Abrūpens oram: separans regionē serpentū quā inter fyrtes & zonā torridam collocasti. Mortes: mortifera animalia. Limite: termino. Bellū ciuile: exercitus ciuium. Recessus: semoti loci. Tibi conscius: qui te cū seic & se audaciæ arguit. Claustra: secreta. Maiora: supple discrimina. Coeunt ignes: ex uulgari opinione dicit igneum solem i mare extingui & inferius cælum terra marique præmi. Coeunt ignes coniungitur ignis solaris. Præmitur grauatur terra & mari. Queremus: querere poterimus. Solatia cæli: æstum Ironia. Viri adhuc aliquid super sumus adhuc multi: nec tñ desiderio Italiā aut europam aut Asiam: sed ubi nam africā ipsam reliquimus. Alios soles: diuersos solis meatus. Cyrenis: cirene oppidum in libya ad iuga mōtiū ægypto adiacentium inter quod & templum ammonis sunt milia passuū quadringenta. Etiam nunc: modo. Conuertimus: conuersam sentimus.

**COMNIBO.** Queror: q. repereris hos serpentes nam orbis terrarum partem hāc delegisti: quæ ab humano cultu remota esset: & nos huc iter intendimus: nobis ergo culpa omnis ascribenda est. Tot monstra ferentem: & ideo hanc ptem orbis ab hominibus separaueris quam nos cū periculo nostro petiuimus.

Impatensq. solū: & terram sterilem esse uoluisti: ne quis in ea pter serpentes habitaret. Cultore negato. i. agricola. Nos uenimus: sponte nostra: ergo criminādi sumus. Tu nos quisquis: pro quicunq. deorum es.

Accipe pœnas: nostræ temeritatis: q. te inuito in hāc patrem uenimus periculosa. Comercia nostra: idest consortia: quia nolebas ut cū his regionibus comercia haberemus: & nos te inuito hoc fecimus cōmercia p. prie sunt quas græci uel Appellant. Torrente plaga: a feruenti zona. Dubiis per quas nauigari nō potest. Limite. f. huius regionis. Per secreta: idest p. remota solitudinis tuæ loca. Ciuile bellū nos ciuile belli milites. Recessus: idest tuæ solitudinis. Archani orbis: quem tu secretū eē uolebas miles pedibus calcet: merito ergo pœnas damus. Claustra: quæ tu clauferas hoibus. Forſan maiora supersunt: nunc dicit qd. est quasi consolationis maiora fortasse picula stare sibi si studeāt ulterius p. dire nam uidebat sol meridie uersus cōiungi cū fluctibus maris: & ideo metuebant: ne si in eam regionē deferentē nimio solis ardore exurerent. sed dicunt nullā regionem sibi longiorē uideri q. in qua iuba rex habitat: ea. n. semp. lōgius abesse uideat. Maiora supersunt. f. si progressi fuerimus. Coeunt ignes: nā sicut nobis uideat sol occidens cum fluctibus maris: coniungi uideat. Stridentibus undis: scilicet calore solis: nam ignis aquæ coniunctus stridorem facit. Papinius. Stridoremq. totæ cadentis audis. Natura poli. f. antarctici q. humilis est. Præmi. i. subfidet & mari contiguus uidetur. Sed longius ista: quanquam nobis aliæ molestiæ sint id tñ molestius est q. nunq. uidemur posse ad regis iubæ regionē peruenire. Tellus: scilicet ubi regnat iuba. Quæremus forſitā istas: & cū regis iubæ regna cōsecuti fuerimus i has regiones ubi sum⁹ regredi cupiem⁹: q. si sint meliores. Ha

Nec de te natura queror tot mōstra ferentē  
Gentibus ablatum dederas serpētibus orbē  
Impatensq. solum cereris cultor negato  
Dānaſti. atq. hoies uoluisti deesse ueneno  
In loca serpentū nos uenimus accipe pœnas  
Tu quisq. superū cōmercia nra perosus.  
Hinc torrēte plaga dubiis hinc fyrtibus orā  
Abrumpēs medio posuisti limite mortes  
Per secreta tui bellū ciuile recessus  
Vadit. & arcani miles tibi conscius orbis  
Claustra petit mundi. forſan maiora supersūt  
Ingressis. coeunt ignes stridentibus undis:  
Et pmit natura poli: sed longius ista  
Nulla iacet tellus quā fama cognita nobis  
Tristia regna iubæ quæremus forſitan istas  
Serpentum terras habet & sollatia cæli  
Viuit adhuc aliquid. patriæ non arua regro  
Europamq. alios soles asiamq. uidentem  
Quate parte poli quate tellure reliqui  
Aphrica: cyrenis etiam nūc bruma rigebat  
Exigua ne uia legem cōuertimus anni?



bet hæc solatia cælū: tamen ibi serpentes habitent: tamē aura uitalis est: ut animalia uiuere possint: sed illic tāta ē solis exustio: ut nec plantæ: nec arbores & multo minus aialia uiuāt. Hoc cælū. i. hæc aura cæli. Viuit aliqd. i. arua uitalis est: & animalia in ea uiuere possunt. Patriæ non arua: nec quæro europam ubi natus & educatus: lum: sed quæro aphricæ partem ubi paulo ante fuimus: significat eā aphricæ partem ubi Gn. Pō. cū classe relictus fuit: haud procul a cyrenis. Patriæ: romæ. Alios soles: mitiores auras cæli. Qua te parte o aphrica: quasi hæc non uideatur aphrycæ pars: ubi nunc positi erāt: Cyrenis. iuxta urbē cyrenarū exigua ne uia: nunqd tam breui spacio uia: mutauimus orbē terrarū: ut aliud cælū hic sit: uidelicet calor & aliud uñ diucessim: uidelicet brūa. Legē āni: ut. i. c. qdē sit hyems: hic uero nūc nīmī? æst? nā sua lege anus cōtinet.

Imus in aduersos axes euoluimur orbe  
Terga damus feriēda noto nūc forsītā ipsa ē  
Sub pedibus iam roma meis. solatia fati  
Hæc petimus: ueniāt hostes cæsarq; sequat  
Qua fugimus sic dura suos patientia q̄stus  
Exonerat: cogit tantos tolerat labores  
Summa ducis uirtus. q̄ nuda fufus arena  
Excubat. atq; omni fortunam puocat hora  
Oibus unus adest fatis quocunq; uocatus  
Aduolat: atq; ingēs meritū manusq; salute.  
Contulit iā lethū uires puduitq; gementē  
Illo teste mori quod ius habuisset in illum  
Villa lues: casus alieno pectorē uincit.  
Spectatorq; uetat magnos nil posse doloris  
Vix miseris ser; tantis lassata piclis  
Auxilium fortuna dedit. gens unica terras  
Incolit a sauo serpētum innoxia morfu  
Marmaride psylli par lingua potētib; herbis  
Ipse cruor tutus. nullumq; admittere uirus  
Vel cantu cessante potest. natura locorū  
Iussit. ut immunes mistis serpentibus essent  
Profuit in medijs sedem posuisse uenenis.  
Paxillis cum morte data est. fiducia tanta ē  
Sanguinis iā terram paruus cū decidit ifans  
Ne qua sit externæ ueneris mistura timētes  
Lethifica dubios explorant aspide partus

plorant dubios partus: discernunt incertos filios aspide huius moris Solinus etiam meminit.

COMNIBO. In aduerso: axes: ad antipodas: quia si sphaera cœli: octaua: quā alii cœlū: alii firmamentū uocant: circuit oēm orbem terrarū. axes hemisperii nostri q̄ superiores sunt: & hemisperii inferioris sunt: q̄ bus subiacent antipodes. Aduersos: nobis oppositos. Euoluimur: ex hoc orbe ad orbem antipodā. Terga damus noto: q̄ flat a meridie: nūc quidem in oppositū spirat: at uero cum ad antipodas descendemus ipsum notum post terga relinquemus. Sub pedibus meis: ad antipodas fortasse descendimus. ut iam sub pedibus nostris posita sit roma. Solacia. unum est solatium huius molestiæ si dii fecerint: ut nos Cæsar hac uia sequatur ut & hostes experiant hæc pericula. Sic dura suos: his q̄relis non nihil leuare uidebant mala sua milites. Cogit: tantos: sed cato uirtutis exēpla faciebat: ut mala q̄uis extrema essent: leuiora uiderent nā q̄ ipse fortiter calorē ferebat & picula milites ipsius exēplo fortiores erāt. Prouocat: quasi ad certamē. q̄ n̄ timet ullo fortunæ impetu superari. Oibus sa. i. mortibus omniū miliū aderat ipse: & consolabāt nūc adhortādo nūc seipsum periculis exponēdo. Maiusq; sa. q̄ ipsi maioris faciebāt meritū catonis: quā suā salutē. Cōtulit in lethū uires: hoc ē dedit militibus iā moriētib; uires. ut faceret eos fortiores ad mortē. Puduitq; gemētē turpe militibus fuit i morte et gemere p̄nte Catone. Quod ius habuisset in ipm si ipse Cato cā erat: ut cæteri oēs

SVLPI. In aduersos axes: ad antipodes qui sunt sub axe suppositio regioni nostræ. Orbe: per orbem. Noto: ultra cuius ortum iam inclinam? sic. n. sub alio flat hemispherio ut supra hoc. Est quæ hæc opinio superiori contraria quum dixit. Coeunt ignes stridentibus unda. Dura patientia: metonymia durus & patientes miles. Exonerat: deponit & abiicit leuatur enim dolor emissa querela nuda: non strata aut ueste aut fronde aut culmis. Prouocat fortunam: exponit se periculis. Atq; ingens: & firmabat morientū animos quod erat beneficiū sūmum & maius salute. Vi res: fortem animū morte interitum. Ingens: meritum appositio est mori gementē perire cū gemitu & querela: quod morfu serpentis occumberet: sed sapientia Catonis imbutus dolorem mortemq; contemnebat. Vincit casus. Superat moriens aduersam fortunā nō modo suo pectore & cōstantia animi sed etiam Catonis a quo instituebatur. Spectator: Cato. Nil posse: contra uirtutem quæ dolori nō cedit non pturbatur & in omni cruciatu est foelix. Lassata: defessa uexare eos. Innoxia: illela & noue dixit cū noxius sit qui nocet. Psylli: Psylli a psyllo rege dicti cuius sepulchrum in parte syrtium maiorū est ut ait plinius. Horum corpori ingentiū fuit uirus exitiale serpētibus & cui? odore sopirent eas: mos uero liberos genitos ptinus obiciendi seuissimis earū eo que genere pudicitia conuigium experiendi: nō profugietib; adulterino sanguine natos serpentibus hæc gens ipsa q̄dem ppe internectione sublata a Nasamonibus qui nūc tenent eas sedes: hic plini? quē etiā de maris lege. vii. & xxviii. libro. Marmaride: populi a pheredoni ferme regione ad syrtium usq; maiorem porrecti plinius ait. Par lingua: excantatio ipsorū inquit habet uim parē herbis uenena fugantibus: & sanguis eorū uenena nō recipit etiam sine cantu. Immunes: illesi. Profuit. non modo nō nocuit sed utile fuit. Cum morte: ueneno mortifero. Sanguinis: stirpis. Eternæ: adulterinæ. Ex



fortunam aduersam contēneret: quāto ipse fortius facere potuerat. Lues: pestis. Spectatorq; docet: & dū spē  
ctat pericula: & labores & militū suorū: facit ut æquo animo omnia sustineant. Nil posse: scilicet contra uir  
tutē. Vix miseris ferū: postquā diu uexati fuerunt milites serpentibus: calore & media: tandem auxiliū post  
longum tps affuit: nā peruenerunt ad psyllos populos aphricæ q; sūt intacti ueneno serpentū imo carni  
bus & solo aspectu abigunt serpētes: ut nō ipsis: sed nec aliis quidem p̄sentibus ipsis detrimentū aliquod in  
ferant: ipsi ēt hospitales sunt: & rectissime medentur serpentibus si q̄s uenecat⁹ fuerit: dicti a psyllo rege: ut  
scribit plinius supra garamantes psylli fuerunt: teste solino: contra noxiū uirus muniti incredib. li corporis  
firmitate. soli morsibus angulū nō interibant: & quīs dente lethali ap̄titi incorrupta durabāt. sanitate recē  
tes etiā editos serpētibus offerebāt: si essent partus adulterini: matrū crimina plectebant̄ interi paruulorū: si  
pudici: probe ortos a morte paterni sanguinis priuilegiū tuebantur: psylli uerō: ut refert Strabo apud cyre  
naicam regionē naturalem quandā uim habent cōtra serpentes: sic & Tentyrite cōtra crocodilos. Lingue  
par. i. carmina eorū quibus ita serpentes attonis reddunt ut nocere nō possint. Potentibus herbis: q̄bus etiā  
mosibus serpentū medeatur. Ipse cruor tutus: neq; enim sanguis ipsorū infici poterat ueneno. Vel: pro etiā.  
Cantu: incantatiōe. Natura locorū: dicit ita naturā locorū tulisse: ut ubi nati & geniti sunt: ibi uim nullā ser  
pentes habeāt. Pax illis. fiducia ipsorū tāta est ut etiā cū morte pacē habere confidant: q̄a nunq̄ uenenant̄.

Sanguinis. i. generis ipsorū. In terrā paruus. & ne forte uxores cōtra fidem aliquid cōmiserint. simul ac na  
ti sunt filii eos ad serpētes deserunt si sui fuerint serpentes nocerē nō possunt. si alienigenæ. a serpētibus mor  
dentur. In terrā. quia nō habent toros q̄bus incūbant. Externæ ueneris. ne fidē m̄imonii uolauerit uxores

**CSVLPI.** Vtq; iouis uolucer: Plinius ubi de aqlis  
inquit Halietus: tantū: implumes etiā numpulos suos  
p̄cutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios:  
& si cōnuētē flentēq; animaduertit p̄cipitat e nido  
uelut adulterinum & degenerem. Illum cuius acies fir  
ma contra steterit educat. Diem cœli: solis claritatem  
Iacent: obiiciunt. Pignora: filios Excubat hospitis  
inuigilat peregrinis. Tunc: eo die cuniam plures pe  
teriissent. Ductor: cato. Expurgat. psyllus. Verbis sū  
gantibus. idest exantationibus adhibitis circum ca  
stra facti sunt nidores uenena fugantes. Ignis: suffit⁹  
ex igne. Ebulum herba ramo Sambuci similis. Galba  
na: galbanū dat Syria in monte Amano ut ait plini⁹  
& ferulam quam eiusdem nominis resinæ modo sta  
gonitin appellant. Sudant: soluuntur sunt enim ut  
gummi siue resina: Tamarix: quæ similis ē scopis  
amerinis quæ & mirice dicit̄: efficax est. contra serpē  
tium ictus præterq; aspidum ut ait plinius. Non læta  
coma. exigua raraq; fronde. Costus. Radix costi gu  
stu feruens odore eximio frutice alias iutili. Panacea:  
quæ & panace dicitur quod omnibus morbis medeāt  
a pan quod est omne & medeor & ideo pli  
nius inquit panace leso nomine omniū morborum re  
media pmittit numerosum & diis inuētoribus ascrip  
tum. Centaurea. Quartum genus panacens ab eodē  
chyronē repertum Centaurion cognominatur. Peu  
cedanum. herba amara cuius caulis longus feniculo similis bibit̄ cōtra serpentes & oleo peruncta tueēt.  
Tapsos erycina. herba qua abundat eryx Siciliae mons. Est autem ea quam plinius Verbascum appellat.

**COMNIBO.** Vtq; iouis uolu. per similitudinē ostēdit quō psylli filios suos experiant: quēadmodum in  
quit aquila pulos simulatq; ex ouis ptulit statim ad radios solis conuertit: & q̄ acie oculorū: lumen solis susti  
nere poterūt eos conseruat: reliquos autem abiicit quasi nothos protulit: eduxit ex ouis. Calido ouo: quod  
fouerit antea. Lumine recto: intentis oculis. Diem. i. solē a præcedente quod sequit̄. In usus cœ. ad usum  
aeris. Qui phœbo cessere. i. q̄ uicti sunt nimio splēdore solis. Iacent: q̄a aquila detrudit eos ex nido. Nec so  
lum gens: non satis est q̄ ipsi sint incolumes a serpentibus: immo etiā saluti hospitem diligentissime consu  
lunt. Hospitibus. ad salutem hospitem. Populis. s. aduenis qui ad regiones suas applicuerūt. Secutus signa.  
quia cum militibus sequebantur catonem. Verbis: incantationibus. Vltima: extremitatem castrorū suffu  
migabant. Hic ebulum stridet: hæc genera arborum Mycander in pharmacia sua ponit quæ sunt optima  
ad repellenda uenena: quibus nunc utebatur psyllus ut castra romanorum militum tutiora redderet. Ebulū  
comburebat has herbas: ut nidore fugaretur angues inter quas ebulum fuit. est autem species herbæ q̄ uul  
go nascitur in ripis fluuialibus. Virg. sanguineis ebuli baccis. Galbana: galbanū genus fructificis est cuius  
nidore fugant serpentes: Virg. galbanoq; agitauere graues nidore chelydros: Peregrina: quia apud eos  
nō nascuntur. Tamarix: est arbor non admodum foliosa. infesta anguib; fugare dicitur etiam pedicu

Vtq; iouis uolucer calido quum ptulit ouo  
Implumes uatos solis conuertit ad ortus

Qui potuerit pati radios & lumine recto  
Sustinerit diem cœli seruant in usus

Qui phœbo cessere iacet sic pignora gētis  
Psyll⁹ habet: si quis tactos nō horruit angues

Siquis donatis lusit serpentibus infans  
Nec solum gens illa sua contenta salute

Excubat hospitis cōtraq; nocētia mōstra  
Psyllus adest populis. q̄ tūc romana secut⁹

Signa. simul iussit statui tentoria ductor  
Primū quas ualli spatium comprēdit arenas

Expurgat cantu. uerbisq; fugātib⁹ angues  
Vltima castrorū medicatus circuit ignis

Hic ebulū stridet pegrinaq; galbana sudāt.  
Et tamarix non læta. comas eoq; costos.

Et panacea potens. & thessala centaurea  
Peucedanūq; sonat flāmīs. erycinaq; tapsos



los. Non lata. nam rara & angusta sunt folia. Eoq; custos: radix & eximii odoris: in india nascens: foditur q; in petale insula. Panacea: herba e (ut inquit plinius) qua nomine ipso omniu morboru remedia pmittit: a omne & medela. Huius varia genera sunt apud eundem auctorem. Centaurea: hac aliqui chironiu uocant quonia ea sanatus chiron dicit: quum tractanti arma herculis: sagitta cecidisset in pede: auctor e plinius: quauis ouidius scribat nono post uulnus die interuisse. Centaurea: folia sunt lata & oblonga: serrata ambitu: densa ab radice: caules ternu cubitoru geniculati: radix rubicunda & amara: qua i uino albo pota serpētum moribus medetur. Thessala: qua in thessalia abundat: & in arcadia. Peucedamū: herba est amarissima ad multos usus efficax: quos plinius exponit dicta a amarus. Tapsus: plurima nascitur in cryce monte siciliae.

Et larices. fumoq; grauem serpētibus urūt  
 Abrotonum: & lōge nascētis cornua ceruī  
 Sic nox tuta uiris. at si quis peste diurna  
 Fata tulit tūc sunt magicæ miracula gentis  
 Psyllorūq; ingens & rapti pugna ueneni.  
 Nam primū tactaq; designat mēbra salua  
 Quæ cohibet uir<sup>9</sup> retinetq; i uulne<sup>9</sup> pestē  
 Plurima tū uoluit spumātī carmina lingua  
 Murmur cōtinuo nec dant suspiria cursus  
 Vulneris haud minimū patiūtur fata tace<sup>9</sup>  
 Sæpe quidem pestis nigris inserta medullis  
 Excantata pit: sed si quod tardius audit  
 Virus. & elicitum iulsumq; exi<sup>9</sup> repugnat  
 Tunc semp incumbēs pallētia uulnera labit  
 Ore uenena trahēs & siccāt dentibus artus  
 Extractanq; tenēs gelido de corpore mortē  
 Expuit. & cuius morsus supauerit anguis  
 Iam p̄mptū psyllis uel gestu nosse uenenū  
 Hoc igit melior tandem romana iuuent<sup>9</sup>  
 Auxilio. late squalentibus errat in aruis  
 Bis positis phœbe flāmis bis luce recepta  
 Vidit areniuagū surgens fugiensq; catonē  
 Iamq; illis magis atq; magis durescēt puluis  
 Cœpit: in terram libyæ spissata redi<sup>9</sup>  
 Iamq; p̄cul raræ nemo<sup>9</sup> se attollere frōdes  
 Surgere congesto nō culta mapalia culmo

COMNIBO. Larices: latrrix arbor est odoris grauissimi: ea præsertim quā græci uocant: plinius. Funoq; præterea urunt abrotonum: cuius fumus quonia amarissimus est: infestat serpētes. Abrotoni duo sunt genera campestre & montanū. Absynthii amaritudo in utroq; plinius. Lōge: p̄cul ab aphyrica nascētis. Sic nox tuta uiris: psylli faciebant ut ro. tuto quiescerent superueniente nocte at si q; peste diurna: sed si quis forte interdū tactus esset morsu tum uero uideres uim: maiorem horum psyllorū: nec. n. quenquā perire pmittunt & cum cætera omnia expert: essent: tandem etiam sugebant uenena si forte penitus inessent & sugendo. Intelligūt cuius serpentis uenenum sit. Fata trahit: idest uenenum quod est causa mortis. Psyllorumq; ingens: nam psylli cum uenenis decertant donec nec uenena superauerint. Nam primum salua sua circuit uulnus illius quem momorderit serpens & uis tanta est saluæ ut uenenum in suo loco coercitum teneat: ne reliquum corpus maculare possit. Pestem: uenenū. Spumātī lingua. significat eos celeritate & uolubilitate linguæ carmina sine intermissione dicere. Nec dāt suspiria. i. nec respirāt quidem interdendum carmina: ne si respirauerint & intermiserint fortasse uenenum interea. penetret interius. Cursus uulneris: idest celeritatem ueneni. Suspiria: idest respirationem. Haud mi. tacere: quia si tacerent statim uenenū in ualesceret. Sæpe quidem pestis & tantam uim habent carmina: ut sæpenumero uenenum expellant ex ossibus. Sed si tar. sed si uenenum fuerit aliquāto uæhemētius q̄ ut carminibus cedat tum ueto illi recumbunt

CSVLPI. Et larices: lingua & laricum arborū resina. Abrotonū: herba nota iocundi odoris & grauis floret æstate floribus coloris aurei Serpentes fugat. Contra ictus earū bibitur cū uino illiniturq;: auctor est plinius. Longe nascētis: non. n. in aphyrica cerui nascuntur: & si Virgilius in aeneidos primo aliter putauit. Accensorum cornuū nidore serpentes fugantur & comitiales morbi depræhēduntur. Peste diurna: morsu die illato. Fata trahit: contrahit mortē. Pugna reluctatio. Rapti: rapiendi & eliciendi. Tacta: qua digitum tingit. Est enim omniū in primis præsidio cōtra serpentium morsum leiuni hominis Salua. Designat membra: locū qui morsus est circumscribit. Retinet: ne se effundat in alia membra. Cursus cōcitatio loquendi suspirio nō interruptitur. Suspiria: respirationē. Vulneris haud: periculū uulneris uel minimā taciturnitatem nō patitur. Minimū tacere paulisper respirare: nā uenenū inualuisset. Nigris: uenenatis. Audit tardius: hoc est nō statim extinguit. Elicitum: euocatū. Repugnat: resistit. Siccāt dentibus: enī morsu & suctu. Mortem: uenenū mortiferū. Et cuius: & quis anguis momorderit & ueneni gustu cognoscūt. Morsus: uenenū. Superauerit: uicerit & strauerit militem. Squalentibus: serpentibus arenisq; horridis. Bis positis phœbe flammis: duobus inquit mensibus Catonē illas errasse. Sed Strabo de berenice loquens inquit. Ex hac urbe. M. Cato terrestri itinere fyrtim peragrauit in dieb<sup>9</sup>. xxx. ducto decemimiliū hominū exercituq; in partes diuiso aquarū gratia: profectus aut est pedibus per æstum & pfundam arenam. Phœbe: luna bis coniuncta soli & bis opposita. Areniuagum: nouatio uerbi sic & omniuagū. dicimus & montiuagū. Surgens fugiensq;: oriens & occidens. Iamq; illis: iam delinebant arenæ & terra solidior continue inueniebatur. Reuertit: occurrere priori similis. Tolle: tollebat. Surgere. surgebat. Mapalia: pastorū casae q̄ & magalia dicunt. Culmo: stipulis enī recta erant.



uulneribus & lingua labetes: atq; haurientes ore: non ore: nō prius desinūt: q̄ tota uenenū eduxerūt audit scilicet carmina. Elicitum: id est cum elicitur. & educitur: participium præteriti temporis passiuū posuit pro participio præsentis temporis: q̄ apud latinos passiuū nō inuenitur participium præsentis temporis: quod græci habent: & ideo poetæ sæpe abutuntur: ut qua uectus Abas. i. qua uacuebatur. Iussūq; dum iubetur exire. Repugnat. s. exire. Superincubens. s. uulneri. Exiccet dētibus: usq; adeo haurit: ut inter dētes uenenū trahat. Extractamq; & cum eduxerit uenenū de corpore iam moriente expuit ipsum. Vel pro etiam. Gustu ipso gustu cognoscet uenenum serpētis cuiuscunq; fuerit. Hoc igitur: tandem ergo tali auxilio leuata ē perniciēs romanorū cum diu laborassent: & ex his multi etiam ueneno periissent. Bis positus phœbe: nunc tempus describit quo p libyam arentem cum exercitu cato ambulauit anteq̄ iter illud molestum expedire posset dicit. n. suos menses perpetuos transisse & tandem desertis harenis in stabiliorem terram uenisse. Positis flāmis decrescens. Luce recepta: crescens significat transactos duos menses nam singulis mēsis iam firmiorem terram romani reperierant. Durescere puluis: id est terra firmior esse cœpit ambulantibus. Redire terrā ante enim erat harena. Raræ frons. cœperunt apparere frondes: quæ in terra frugifera uirent. Non culta: nō artificiose ædificata. Congesto culmo: quia ex culmis & arundinibus mapalia teguntur.

**ESVLPI.** Quanta dedit: libyæ ipsa quantum letitia iniecit romanis quum p̄spexer̄ crucifixos leones. Mos est. n. a phrorum leones crucifigere procul ab urbibus ut alii absterreātur nam solent in senecta hominē appetere ut plinius tradit. Sæuos: magnos & feroces. Leptis: uidelicet minor quod oppidū dixi supra esse i libyphenicū regione apud minorem syrtim. Nam est altera leptis quæ maior cognominat̄ apud syrtim maiore. Nymbis flammisq; carentem temperatam & sine nimio frigore & æstu supraque tepidā esse dixit. Cæsar ut æmathia. Cæsar post adeptam uictoriā biduum in pharsalo cōmoratus est sacris intendens exercitiūq; e prælio defessum recreans. Ibi thessalos qui cū eo depugnauerant liberos esse iussit. Atheniensibus ueniā petentibus concessit. Tertia die orientem uersus castra mouens sidem pompeianæ fugæ p̄sequitur. Cum ad hellepontū peruenisset triremium inopia scaphis exercitum traducere cōpulso & ad nauigantē Cassius cū parte triremiū comitatus occurrit & q̄q̄ is tuto depugnare posset tamen eius sceleritate cōterritus a trireme in scaphā ad eū p̄ manus descendit

& uenia impetrata oēs illi triremes tradidit ut scribit appianus. Satiatas. biduo enim ibi p̄māserat. Proiecit p̄dere curarū nam omnibus rebus relictis pompeiū sibi p̄sequēdum existimauit ne rursus copias comparare alias & bellū renouare posset. Frustra: quia iā nauigans longe aberat. Legens: p̄sequens. Tendit in undas mare ingreditur. Treiicias fauces: helleponti angustias quæ sunt cōtra troada. Notatū. celebre uel infame illic enim periit leander. Et eroas turres: id est erus puellæ ad quam ex abydo asiæ in sexton europe oppidū Leander natabat. nota est fabula. Eros sic fit ab ero ut Inous ab ino. Lachrimoso: quia mersum iuuenē fluctus in puellæ littus deflendum impulit. Helle nephelias: hoc ē nepheles athamatisq; filia & soror phryxi. Abstulit: nam cū prius uocaretur p̄pontidis hostium ab ipsa, submersa hellepontos uocatum est. Non asiam: inter asiam & europam nullibi est angustius mare: quāuis ad bizantium sit angustum. vii. stadiorum interuallo. Fluctus: mare. Bizantion: op. in thracia contra quod est calcedon in asia ostreorum ferax.

